



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Martyrologium Ecclesiae Germanicae Perpetuum

Beck, Matthias Friedrich

Augustae Vindel., 1687

urn:nbn:de:hbz:466:1-38424




N. III. 30.

Th. 4895.




Inuening
ss. v. l. v. l.
d. Bened
III
2






Inuocatio
s. v. l. l. l.
s. Bened
III
2








Inuocatio
de oratione
s. Benedicti
III
2



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



MARTYROLOGIUM
ECCLESIAE
GERMANICAE
PERVETUSTUM

QVOD PER SEPTINGENTOS ANNOS DELITUIT
IN PUBLICUM NUNC PRODIT

è BIBLIOTHECA

MATTHIAE FRIDERICI BECKII

AB EODEM

è MEMBRANIS DESCRIPTUM

ET

LIBRO COMMENTARIO
ILLUSTRATUM.

ANNO CHRISTI M DCLXXVII.

Augusta Vindel.

Apud THEOPHILI GOEBELII VIDUAM prostat

Typis SCHÖNIGIANIS impressum.

DEO
MARTYRUM
SACRUM.

MEMBRANIS DESCRITUM
ET
LIBRO COMMENTARIO
ILLUSTRATUM
ANNO CHRISTI MDC LXXVII
A THEOPHIL. GOEBELI. VINDOB. PROPR.
TYPIS SCHEUBNERIANIS IMPRINTUM.



**IN CHRISTI NOMINE INCIPIT
MARTYROLOGIUM.**

- A. VIII. K. Jan. Nativitas Dni nri Jhu Xpi.
- B. - K. Jan. Sci stephani p^otomar.
- VIII. C - - Jan. Sci Joh^on^os. evang.
- D - K. Jan. Innocentum.
- E. IIII. K. Jan.
- F. III. K. Jan.
- G. PRID. K. Jan. silvestri pape & sce columbae

msis Jan. habet dies XXX. Lu. XXX.

- III. A. K. Jan. Circumcisio dni.
- B. III. Non. Jan. Oct. Steph.
- XI. C. III. Non. Jan. Oct. Johnis.
- D. Prid. non. Jan. Oct. Innocentum.
- E. Nonas. Jan.
- VIII. F. VIII. ID. Jan. epiphania dni nri Jhu Xpi.
- G. VII. ID. Jan. ifidori.
- A. VI. -D. -an.
- B. V. -- --
- C. ID. Pauli heremite.
- D. III. ID.
- II. E. PRID.

a

F.

F. IDUS. Jan. Oct. epiph. & sci. ylarri. epi.

- X. G. XVIII. K. Feb. felicitis in pincis.
A. XVIII. K. Feb.
XVIII. B. XVII. K. Feb. Marcelli pape.
VII. C. XVI. K. Feb. Antonii m̄ & geminor.
IX. D. XV. Priscæ virg.
XV. E. XIII. K. Mariæ & Mardæ.
IIII. F. XIII. K. fabiani & sebastiani.
G. XII. K. scē agne uirg.
XII. A. XI. K. Sci vincencij diaconi mar.
I. B. X. K. Scorum emerentiani & mach.
C. VIII. K.
IX. D. VIII. K. conversio Sci pauli apli.
E. VII. K.
XVII. F. VI. K.
VI. G. V. K. scē agnetis secundo.
A. IIII. K.
XIIII. B. III. K.
III. C. PRID. K.

mensis Jan. habet dies XXVIII. ̄. XXVIII.

D. KL. feb. Scē brigide uirg.

E

E. **III. non. PURIFICATIO** Scae mar - -
 XIX. F. **III. non. FeB.** Sci blasii mar.
 VIII. G. **PRID. non.**
 A. **non. feB.** Scae agathe virginis.
 XVII. B. **VIII. IDUS.** Vedasti confessor.
 -- C. **VII. ID.**
 D. **VI. ID.** juliane virginis.
 XIII. E. **V. ID.** Dies egypt.
 II. F. **III. ID.** Sotheris virg.
 G. **III. ID.**
 X. A. **PRID. ID.**
 B. **IDUS. feb.**
 XVIII. C. **XVI. K. maR.** Valentini mar.
 VII. D. **XV. K. mar**
 E. **XIII. K.** juliane vir.
 XV. F. **XIII. K.**
 III. G. **XII. K.**
 A. **XI. K.**
 XII. B. **X. K.** eucharii epi.
 I. C. **VIII. K.**

- - - K. Cathedra Sci p&ri apli ver
 orit.
 - - - K. VIGILIA.
 - - - K. matthiæ apli & inventio capitis Jo-
 hannis bapt.
 - - - - Furtunati.
 - - - K.
 - Prid. K. *mensis mar. dies XXXIX*
L. XXX
 - - KL. MARC. Donati mar. albini.
 E. VI. non.
 F. V. non. dies egypt.
 G. III. non. Adriani cum sociis suis.
 A. III. non.
 - II. B. PRID. non.
 C. nonas. Perpetuæ & felicitatis.
 XVI. D. VIII. ID.
 V. E. VII. ID. Quadraginta militum.
 F. VI. ID.
 XIII. G. V. ID.
 A. III. ID. Sci gregorii pape.
 B. III. ID.

- X. C. **PRIDIA. ID, marc.** Innocentii pape.
- D. **IDUS mar.**
- XVIII. E. **XVII. K, aprl.** Ciriaci mar.
- VII. F. **XVI. K.** Gertrudis v. aequinoctium est.
- G. **XV. K. Aprl.** Prima dies feli.
- XV. A. **XIII. K.**
- III. B. **XIII. K.**
- C. **XII. K.** Deposicio Benedicti Abb.
- XII. D. **XI. K.** Quę luna in isto Kal. est, hanc epa-
ctam habe in ipso anno.
- I. E. **X. K.**
- F. **VIII. K.** Quota Feb. istud Kal. est. tot con-
currentes habentur.
- IX. G. **VIII. K.** annunc. scę marie matris d. & cru-
cifixio dni Jhu.
- A. **VII. K.**
- XVII. B. **VI. K.** Resurrectio dni nri Jhu Xpi.
- VI. C. **V. K.** april.
- D. **III. K.**
- XIII. E. **III. K.**
- III. F. **PRIDIAK.**

mensis april. habet dies. XXX. Id. XXVIII.

○ G. **KL. APRIL.** Quintiniani & anastasi mar.
a 3 XI. A

- XI. A. **III. Non.**
- XIX. B. **III. non.**
- C. **PRIDIA non.** ambrosii epi.
- VIII. D. **nonas April.**
- XVI. E. **VIII. IDUS.**
- V. F. **VII. ID.**
- G. **VI. ID.**
- XIII. A. **V. ID.** dies egypt. septem virginū.
- II. B. **III. ID.** leonis pape. Ezechielis pphe.
- C. **III. ID.**
- X. D. **PRID. ID.**
- E. **IDUS. aprl.** eufemie.
- III. F. **XVIII. K. mai** Scorū Tiburcii & valeriani.
- G. **XVII. K. mai.**
- A. **XVI. K.**
- B. **XV. K.**
- C. **XIIII. K.**
- D. **XIII. K.**
- E. **XII. K.**
- F. **XI. K.**

A. IX

3

G.

- G. X. K.
- IX. A. VIII. K. Sci georgii mar.
- B. VIII. K.
- XVII. C. VII. K. Letania major. & marci evange-
- VI. D. VI. K. listę.
- E. V. K. maj.
- XIII. F. III. K. Vitalis mar. & Xpofori.
- III. G. III. K.
- A. Prid. K.

mensis mai bab. dies XXXI. L. XXX. ma

- XI. B. KL. mai apolorū. philippi. & jacobī. & scæ
uualburge uirg.
- C. VI. non. mai. Anastasii epi.
- D. V. non. mai. Eventii alexandri. Thedo-
li. & inventio scę crucis.
- XIX. E. IIII. non. mai. Floriani mar.
- VIII. F. III. non. Ascensio dni.
- XVI. G. PRID. non. Sci Johann. apli. In eodem die
Gaudentii. Juvenalis.
- V. A. nonas. mai.
- B. VIII. ID.
- XIII. C. VII. ID.
- II. D. VI. ID. Gordiani & epimachi & scę
Sophię. - - - -

E.

E. V. ID. Nerei. achillei. & pangratii.
X. F. III. ID. Servatii epi.
G. III. ID.
XVIII. A. Prid. ID. Maj.
VII. B. IDUS Maj.
C. XVII. K. Jun.
XV. D. XVI. K. Jun.
III. E. XV. K.
F. XIII. K. Scæ potentianę.
XII. G. XIII. K.
I. A. XII. K. Valentis mar. & epi.
B. XI. K.
C. X. K.
D. VIII. K.
XVII. E. VIII. K. Urbani pape. & mar. defiderii.
VI. F. VII. K.
G. VI. K.
XIV. A. V. K.
III. B. III. K. Maximi epi.
C. III. K. Junii. Felicis epi.
XI. D.

- XI. D. Prid. K. Petronelle uirginis.
mensis jun. hab. dies. XXX. Lu. XXVIII.
- E. KL. jun. Dedicatio nicomedis mar.
- XIX. F. III. non. Marcellini & p&ri.
- VIII. G. III. non. Cyrini.
- XVI. A. Prid. non. Bonifacii, & aliorū L.
- V. B. nonas. jun. C. VIII. ID.
- XIII. D. VII. ID. Medardi confessor.
- II. E. VI. ID. Primi. & feliciani.
- X. G. IIII. ID. A. III. ID. jun. Barnabae apli.
- XVIII. B. Prid. IDUS. Basilidis cyrini. naboris. & (nazarii.
- VII. C. IDUS. Jun. D. XVIII. K. jul. Valerii. rufini. & helisei (p- phete.
- XV. E. XVII. K. jul. Viti, modesti. & crescentiac.
- IIII. F. XVI. K. Aurelii. & justini mar.
- G. XV. K.
- XII. A. XIIII. K. Marcelliani. & marci.


b

-B.

- B. XIII. K. Protasii. & gervasii.
C. XII. K.
IX. D. XI. K. Albani mar.
E. X. K. Paulini epi.
XVII. F. VIIII. K. jul.
VI. G. VIIII. K. Johannis baptiste.
A. VII. K.
XIIII. B. VI. K. Johannis & pauli.
III. C. V. K.
D. III. K. Leonis pape.
XI. E. III. K. P&tri. & pauli. aporum.
F. Prid. K. Marcialis epi.

mensis jul. hab. dies. XXX. I. Lu. XXXma

- G. KL. jul.
XIX. A. VI. non. jul. Processi & martiniani. & Mone-
(gunde uirginis.
VIII. B. V. non. jul.
XVI. C. III. non. jul. Translatio. Sci. Martini epi. dor-
(mitio Sci Vodelrici confessoris.
V. D. III. non.
E. PRid. non. jul. Octava aporum. & esaiae.
XIII. F. nonas jul.



- II. G. VIII. ID. Kiliani.
- A. VII. ID.
- X. B. VI. ID. Septem fratru. filiorum felici-
tatis.
- C. V. ID.
- XVIII. D. IIII. ID.
- VII. E. III. ID.
- F. Prid. IDUS. Dies caniculares.
- XV. G. IDUS. jul. Margaretę virg.
- IIII. A. XVII. K.
- B. XVI. K.
- XII. C. XV. K. leonis.
- I. D. XIIII. K.
- E. XIII. K.
- XI. F. XII. K. Praxede uirg. & danielis ꝑph.
(& arbogasti conf.
- G. XI. K. Mariae magdalenae.
- XVII. A. X. K. Appollenaris mar.
- VI. B. VIII. K. Christine virg.
- C. VIII. K. Jacobi apli. & sci Xpophari.
- XIIII. D. VII. K.
- III. E. VI. K. Simeonis monachi.

- F. **V. K.** Nazarii, celsi, & sci Pantaleonis mar.
- XI. G. **III. K.** Felicis simplicii, faustini, viatricis.
- XIX. A. **III. K.** Abdon & sennes.
- B. **Prid. K.**

mensis augustus. Dies XXX. I. lun. XXVIII.

- VIII. C. **KL. augusti.** Vinc. Sci P&tri. & VII. **fr̄m.**
- XVI. D. **III. non.** Sephani mar.
- V. E. **III. non.** Inventio corporis sci stephani.
- F. **Prid. non.**
- XIII. G. **nonas.**
- II. A. **VIII. ID.** Xixti epi. felicissimi. & agapiti.
- B. **VII. ID.** Donati epi affrac.
- X. C. **VI. ID.** Cypriaci.
- D. **V. ID.** Vigilia Sci laurentii.
- XVIII. E. **III. ID.** Laurentii martyris.
- VII. F. **III. ID.** Tiburcii.
- G. **Prid. ID.**
- XV. A. **IDUS augusti.** Ypoliti.
- IIII. B. **XVIII. K. Sept.** Eusebii, Vigilia Scē marię.
- C. **XVIII. K.** Assumptio scæ mariae.

- XII. D. XVII. K.
- I. E. XVI. K. Mammetis mon.
- F. XV. K. Agapiti mar.
- IX. G. XIII. K.
- A. XII. K. Samuhelis pphaete.
- XVIII. B. XII. K.
- VI. C. XI. K. Timothei. & simphoriani.
- D. X. K. Ciriaci.
- XIII. E. VIII. K. Bartholomei apli.
- III. F. VIII. K. Septē. Autūnas ORITUR.
- G. VII. K.
- XI. A. VI. K.
- XIX. B. V. K. Ermetis. mar. Sci rufi mar, augu-
(stini epi.
- C. IIII. K. Decollatio. Sci Johāñ. & scae Savinae
(virg. adelfi conf.
- VIII. D. III. K. felicis, & audacti.
- E. Prid. K. Paulini epi.
- mensis sept. dies XXX. L. XXX.*
- XVI. F. KL. Sept. Prisci --- Verenac. virg.
- V. G. III. non. Sept. Iusti epi.
- A. III. non. dies egipt.

b 3

XIII.

- XIII. B. **PRID.** non.
 II. C. nonas Sept. Quintini Epi.
 D. **VIII.** ID.
 X. E. **VII.** ID. Regine virginis.
 F. **VI.** ID. Nativitas, Scæ Mariæ, Timothei
 (ammoni.)
 XVI. G. **V.** ID. Sci gorgonii mar.
 VII. A. **IIII.** ID.
 B. **III.** ID. cPti. & jacincti.
 XV. C. **PRID.** ID.
 IIII. D. **IDUS.** sept.
 E. **XVIII.** K. O&. Exaltacio scæ crucif. cornelii.
 (& cipriani.)
 XII. F. **XVII.** K. Nichomedis mar. & apri.
 I. G. **XVI.** K. Lucie. Eufemiæ. & geminiani.
 A. **XV.** K. Lamperti mar.
 IX. B. **XIIII.** K.
 C. **XIII.** K. Januarii cū sociis eius.
 XVII. D. **XII.** K. Vigilia Matthei apli. equino-
 (ctiu.)
 VI. E. **XI.** K. Sci Matthei apli.
 F. **X.** K. Sept mauricii. cū sociis suis.
 XIII. G. **VIIII.** K. Lini papæ. & Teclæ virginis.
 III. A.

- III. A. VIII. K. Conceptio sci Johān bapt.
B. VII. K.
XI. C. VI. K.
XIX. D. V. K. Cosme. & damiani.
E. IIII. K. Justini pbri.
VIII. F. III. K. Dedicat. Sci Michahelis archan.
G Prid. K. Sci Hieronimi pri.
mensis Oct. hab. dies. XXX. I. L. XXVIII.
XVI. A KL. Oct. Remegii. epi.
V. B VI. nonas. Sci Laudegarii epi. & mar.
XIII. C V. non. Sulpicii, & serviliani.
II. D IIII. non.
E III. non.
X. F Prid. non.
G nonas Oct. Marci epi.
XVIII. A VIII. ID. Oct.
VII. B VII. ID. Dionisii, & sociorū ejꝰ, dies egipt.
C VI. ID. Gereonis, & paulini.
XV. D V. ID. Recordatio fratrum,
IIII. E IIII. ID.

F.

- F. III. ID.
XII. G. Prid. ID. Calisti pape.
I. A. IDUS Oct. Aurelij uirg.
B. XVII. K. nov. Sci galli conf.
IX. C. XVI. K.
D. XV. K. Lucę evang. & Trofonie. uxo-
(ris Decii.
XVII. E. XIII. K.
VI. F. XIII. K.
G. XII. K. Hilarionif mon.
XIII. A. XI. K.
III. B. X. K. Severi epi. & Thorothei.
C. VIII. K.
XI. D. VIII. K. Crispini. & crispiniani.
XIX. E. VII. K.
F. VI. K.
VIII. G. V. K. Simonif & jude.
A. III. K.
XVI. B. III. K. Quintini.
V. C. Prid. K. Vigilia omniū scorum.

mensis novē. Dies, XXX. L. XXX.


D.

D. **KL. Nov. Festa Omnium sanctorum.**

- XIIII. E. **III. non.**
II. F. **III. non.** Germani epi. & pirminii.
G. **Prid. non.** Perp&ue uirg.
X. A. **nonas nov.**
B. **VIII. ID.** Vuillibrordi. archiepi.
XVIII. C. **VII. ID.** Florentii epi & c̄fessoris.
VII. D. **VI. ID.** Quatuor coronatorū.
E. **V. ID.** Theodori mar.
XV. F. **IIII. ID.**
IIII. G. **III. ID.** menne mar. & sci martini conf.
A. **Prid. ID.**
XII. B. **IDus nouēB.** Briccii epi.
I. C. **XVIII. K.**
D. **XVII. K.**
IX. E. **XVI. K.** sci otmari. abba is.
F. **XV. K.** Gregorii miraculatorū operatoris
(Aniani epi.
XVII. G. **XIIII. K.** Romani monachi.
VI. A. **XIII. K.** Simplicii epi.
B. **XII. K.**

c. XIIII.



- XIIII. C. **XI. K.**
 III. D. **X. K.** Cecilæ virg.
 E. **VIIII. K.** Clementis epi, felicitatis, & colu-
 (bani.
- XI. F. **VIII. K.** Chrisogoni mar.
 XIX. G. **VII. K.** P&ri, Alexandri.
 A. **VI. K.**
- VIII. B. **V. K.** Obtati epi, Maximi epi.
 C. **IIII. K.**
 (Vigilia, Sci andreae apli,
 XVI. D. **III. K.** Saturnini, Crisanti, Mauri, Dario,
 V. E. **Prid. K.** Sci Andreae apli.
mensis. Dec. Hab. dies XXX. I. E. XXVIII.
- XIII. F. **KL. Dec.**
 II. G. **IIII. non.**
 A. **III. non.** Atale uirg.
 X. B. **Prid. non, Dec.** Barbaræ uirg.
 C. **nonas.**
- XVIII. D. **VIIII. ID.** Nicolai epi.
 VII. E. **VII. ID.**
 F. **VI. ID.**
 XV. G. **V. ID.**



1111. A. III. ID. Eulalię uirg. melciadis pape
B. III. ID. Damasi pape
X. C. Prid. ID.
I. D. IDUS. Dec. Luciae uirginis. Otilię.
E. XV1111. K.
1X. F. XV111. K. Jan.
G. XVII. K.
XVII. A. XVI. K. Jan. Ignatii. mar:
VI. B. XV. K.
C. XI111. K.
XI111. D. XI11. K.
111. E. XII. K. Sci Thomę apli. Solsticiũ.
F. XI. K.
XI. G. X. K.
XIX. A. V1111. K. Vigilia Dni Nri Jhu Xpi.
Omne tempus præsentis sc̄li. ul̄ti - - VII.
non excedens evoluitur.



ELEN-



ELENCHUS
CAPITUM COMMENTARII.

- I. De Titulo.
- II. De Auctore.
- III. De Ætate seu Antiquitate.
- IV. De Possessore.
- V. De Calendario.
- VI. De Martyrologio specialiter nuncupato, & primum quidem de Diebus Festis Veteris Ecclesie.
- VII. De SS. Martyrum, Confessorum atque Virginum Memoriis in genere.
- VIII. De Sanctorum Memoriis in specie.
- IX. De Confusis Calendis & Discrepantia Martyrologiorum.
- X. De Vacuis Diebus.

AD

ELEN



AD MARTYROLOGIUM ECCLESIAE
GERMANICAE PERVETUSTUM

LIBER
COMMENTARIUS.

CAP. I.
DE TITULO.

§. 1.



Lim dicū sunt *Fasti*, quod idem est atque
Festi Dies, in quos Natales dies clarissimorum
Virorum sunt relati, quò alludit Tertullianus in
libro de Corona Militis, Cap. XIII. fol. 209. B.
Coronatur, inquit, *et vulgus nunc ex Principa-*
lium proprietatum exultatione, nunc ex municipalium

solennitatum proprietate: et est omnis publicae latitiae Luxuria capta-
trix. Sed tu peregrinus es Mundi hujus, Civis supernae Jerusalem.

NOSTER inquit (Apostolus ad Phil. III.) MUNICIPALITUS
IN COELIS. *Habes tuos Censur, tuos Fastos. Ubi Fastos vel di-*

es festos SS. Martyrum, à Christianis isthac jam ætate, III. Seculo,
celebrari solitos, proprietati Municipalium Solennitatum Genti-
lium opponit. Quemadmodum enim Gentiles, cum alij tum Ro-

A mani

mani Urbium seu Municipiorum, Principum, aliorumque Clarorum Virorum natales dies in Fastos suos referebant, vid. Marcellus Donatus in Dilucid. ad C. Suetonium Tranquillum, cap. V. in Tiberio, simili modo, Tertulliani Ævo, SS. Martyrum natales dies in Fastis suis atque Ecclesiasticis Tabulis annotabant Christiani, prout vel ex hoc ipso Tertulliani loco patet. Conf. Jac. Pamelius, in Annotationibus ad Cypriani Epist. 37.

§. 2. Polemius Silvius Fastos suos, quibus prophana etiam Solennitates immixtae sunt, Seculo V. scriptos, *Laterculum*, usitatam isthoc Ævo voce dixit. Posterioribus autem Temporibus, sicuti Græcis Menologia & Synaxaria, ita Latinis & Ecclesiae Occidentali græca voce *Martyrologia* dici obtinuerunt, à Martyribus, quorum dies natales & memorias recensabant, denominatione à potiori parte facta; namque præter Martyres alii quoque Sancti, Confessores scilicet atque Virgines, in iis consignari consueverunt: Quamquam Martyris vel Testis nomen aliquando latius accipiat pro designato Martyre, seu Martyrii candidato, ita usi voce sunt Tertullianus libro ad Martyres, ubi Beatus Rhenanus in argumento, *Porro*, scribit, *non iis solis MARTYRUM appellationem accommodabat ea etas, qui jam toleratis Suppliciis pro Christo mortem subierant, sed & illis, qui in Confessione, nullâ tormentorum atrocitate moti, firmiter perstiterant, etiam si adhuc in Carcere detinerentur, de quibus intelligit Cyprianus, cum scribit: FECERUNT AD NOS DE QVIBUSDAM B. MARTYRES LITTERAS. Item: SI QVI, LIBELLO A MARTYRIBUS ACCEPTO, DE SECULO EXCEDERENT. Sicq; non modo Cyprianus MARTYRES appellare solet, sed & Tertullianus hoc loco, verum scite addit: DESIGNATI. Quia eos etiam hoc nomine solitos vocari indicat, qui dimissi fuissent &c. Cujus sententiae Pamelius in Annotat. ad Tertull. accedit, & Cyprianus Epist. VIII. ad quam annotatio Rigaltii hæc est: MARTYRIBUS ET CONFESSORIBUS. Liber N. F. Confessores dicti sunt, qui coram Judicibus interrogati, Christum professi erant:*

Martyres,

*Martyres, qui Christum professi, & præterea, ut abnegarent, torti, perseverant. Martyres igitur omnes Confessores erant, sed Confessores nondum Martyres, nisi, ut eleganter Tertullianus vocat, initio libri ad Martyres, Designati, & alibi, Candidati Martyrii. In eandem sententiam concedit Jo. Molanus, in Epistola ad Lect. Uluardi Martyrologio præmissa, §. VII. Martyris autem Vocem aliquando notis Parentibus interclusi, quando posita est pro eo, qui in confessione fidei tormenta passus est, sed citra mortem. Quia igitur Martyrologia illa præter Martyres in specie dictos, alios quoque Sanctos v. g. Confessores & Virgines, complectebantur, hinc alia græca voce *Hagiologia* nonnunquam vocantur. Unaquaque vero Ecclesia, præsertim celebriori, Martyrum suorum natales dies fideliter annotante, cumque aliis communicante, monente Cypriano, Epistola 37. exemplo Ecclesiæ Smyrnæorum, martyrium B. Polycarpi Ecclesiæ Philomeliensi perscribentis, suam inde Martyrologia Originem invenerunt, quemadmodum Pamelius in annotat. ad Epist. 37. Cypriani, Baronius Cap. VI. Proleg. ad Martyrolog. Roman. Franciscus Maria Florentinius, admonitione prævia II. ad Vetustius Occidentalis Ecclesiæ Martyrologium, alique observant.*

§. 3. Martyrologia hæc *διπλοῦσα* olim fuerunt, quasi dicas *bipatens pugillar*, ut est apud Ausonium, Epigramm. 137. ex unâ enim Sancti Martyres, Confessores, Virginesque, ex altera vero parte Beati defuncti comparebant, vid. Florentinius loc. cit. & Antonius Matthæus, lib. II. de Nobilit. cap. 36. *Sequentibus Seculis, maximè apud Monachos, Martyrologium laxius sumptum pro Necrologio seu Obituario (& Regula,) quod fere semper in eodem volumine Martyrologium, Obituarium (& Regula Ordinis) descripta legerentur: Unde Martyrologio inscribi dicitur, cuius obitus dies ibi annotatur, ut scil. ex ea Congregatione seu fraternitate, cui quis adscriptus est, observat Carolus du Fresne, in Glossario ad Scriptores mediæ & infimæ Latinitatis, fol. 472. Hujusmodi est Martyrologium Ecclesiæ Cathedralis Lucensis, in secretiori tabulario asservatum, & Mar-*

tyrologium Florentinii ipsius, olim Canonicorum Basilicæ SS. Theodori & Donati extra Lucensem Urbem, vid. admonit. VI. fol. 31. Atque hujusmodi nostrum quoque, quod hic exhibetur, martyrologium est.

§. 4. Quod si verò illud duntaxat Martyrologium dicere velimus cum Henrico Valefio in Dissertat. de Martyrolog. Rosweydiano, quod totius Ecclesiæ commune, nullius proprium atque peculiare est, vel, quod Martyrum non sola nomina & natales dies, sed integras vitas eorum atque acta, saltim martyriorum historias, prolixius recenset, nostrum utique opusculum hoc nomine indignum erit, & juxta Valefium quidem Calendarium potius, seu nudus Nomenclator vel Indiculus Martyrum appellandum; quia tamen Codex *Mf.* in fronte hocce nomen gerit, religio utique fuit, illum ἀναβαπτίζειν, præsertim cum Μαρτυρολόγιον vi vocis nihil sit aliud, quam de Martyribus Sermo, cujusmodi jure noster etiam libellus est: habet igitur appellationem hanc cum pluribus ejusmodi Martyrum Elenchis meritò communem. Quare autem *Ecclesiæ Germanicæ, & Perævetustum* inscribamus, capitib. III. atque IV. dicemus.

CAP. LI.
DE AUCTORE.

§. I.

UT Sermonem meum paulo altiùs, quàm Scriptores in hac materia solent, accersam: R. Samuel & R. Adda, Antiqui DD. cæterique, qui eos longa ferie sequuntur, Calendariographi Judæi, in Calendariis suis, nullas Macchabæorum, aliorumque Martyrum, nullas SS. Patriarcharum atque Prophetarum memorias habent, sed saltim Sabbata, diesque festos reliquos exhibent; Primi igitur Christiani, qui Sanctos etiam V. T.

memo-

memorant, (quod hodiernum faciunt imprimis Græci atque Veneti, juxta Durandum, lib. VII. Ration. div. off. cap. I. num. 41.) illorum dies natales haut ex fastis Judaicæ Synagogæ, sed ex aliis libris vel traditionibus acceperunt, eosque cum Martyribus aliisque Sanctis N. T. Ecclesiæ recensent, non ritus Ecclesiæ Veteris Test. sed solennia Gentilium sacra, è quibus fere sunt orti, & quos inter vivebant, qui, uti superius retuli, Clarorum Virorum natales dies in Fastos suos referebant, æmulatione tamen, ut videtur, pia, & intentione haut mala, sequuti.

§. 2. Primum è Christianis Martyrologum, Eusebium, Cæsareæ Palæstinensis Episcopum, qui Seculo IV. vixit, laudant, quod Eulogius, Alexandrinus Episcopus, Gregorio M. Seculo VI. scripserit, ut ei cunctorum Martyrum gesta, quæ pie memoria Constantini temporibus ab Eusebio Casariense collecta sunt, transmitterentur, ut Epistola Responsorialia Gregorii Papæ habet, Lib. VII. Indict. I. cap. seu Epist. 29. Sed isthâc jam ætate hoc Eusebii Martyrologium seu Synaxarium, vel quocunque tandem nomine venerit, tam in Oriente quàm Occidente haut reperiri potuit; Eulogius enim Alexandrinus in Oriente frustra inquirens, à Papa Romano sibi transmitti illud rogavit, qui vero Romæ neque in Archivo Ecclesiæ illius, neq; in aliis Urbis Bibliothecis invenire potuit, imò ne nominatenus quidem antea cognitum habuit, nisi parvam quandam Syllogem verba ipsa recitabimus Gregorii l. c. *Sed hæc neq; si collecta sunt, neq; si sint, ante vestra Beatitudinæ scripta cognovi. Ago ergo gratias, quia Sanctissimæ Vestrae Doctrinæ Scriptis eruditus cœpi scire, quod nesciebam. Præter illa enim, quæ in ejusdem Eusebii Libris de gestis SS. Martyrum continentur, nulla in Archivo hujus nostræ Ecclesiæ, vel in Romana Urbis Bibliothecis esse cognovi, nisi pauca quædam in unius Codicis Volumine collecta.* Hilduinus tamen quidam, qui ante non-gentos annos Seculo VIII. vixisse dicitur, hoc Eusebii Martyrologium, græcè conscriptum, oculis suis vidit, si Jo. Molano fides habeatur: *Arbitratur autem Hilduinus, in præfatione vitæ Dionysii*

Areopagita, quam annis ab hinc plus minus octingentis conscripfit, se hunc librum Eusebii vidisse circa ipsius tempora conscriptum. Ait enim:
 HABEMUS GRÆCÆ AUCTORITATIS MARTYROLOGION, DE CHARTISCRINIIS CONSTANTINOPOLITANIS ADEPTUM, QVOD TANTA VETUSTATE DISSOLVITUR, UT MAXIMAM CAUTELAM à SE CONTINGENTIBUS EXIGAT; IN QVO DIEM NATALITHI DIONYSII DESIGNATUM, ET QVIA ATHENIENSIVM EPISCOPUS FUERIT, REPERIMUS ANNOTATUM, QVOD MARTYROLOGIVM, UT ANTIQVITAS EJUS DEMONSTRAT, EX EO TEMPORE CONSTARE POSSE, NON INCONGRUE REMUR, QVO CONSTANTINO JUBENTE, NOTA OCCASIONE MARTYRIA SANCTORVM DOMINI, DE TOTO ORBE COLLECTA, ET CÆSAREAM SUNT CONVECTA. In libro de Martyrol. cap. 2. Hodie dubio procul intercidit iste Eusebii Labor, & non nisi fragmenta ejus in Græcorum Synaxariis atque Menæis supersunt. Lindanus tamen, Episcopus Ruremundensis, in Indice Bibliothecæ Seorialensis, tres Eusebii libros de Martyribus, de græco nondum versos, se legisse, indicat Baronio, ut is refert in Annot. ad martyrol. IX. Cal. Oct. b. sub finem. In Hieronymi quoque Presbyteri scriptis, qui interpretatus hoc Eusebii opus esse dicitur, latinè superesse, multi contendunt. Notandum tamen est, Græcos alio die Sanctorum memorias recensere ut plurimum, alio Latinos.

§. 3. Græci, ut & Ruffi seu Moscovitæ, sua quoque habuere, habentque Martyrologia, quæ Menæa, Menologia, Synaxaria &c. dicunt, eaque diversa, versibus etiam conscripta; quin & Sectæ, in quas Ecclesia Græca dividitur, singulæ singula Menologia habent; Syrorum Calendarium G. Genebrardus ante Psalterium commentario illustratum exhibet. Coptorum Calendarium Romæ in Collegio Maronitarum asservari dicitur, cujus Specimen dedit Jo. Bollandus in Præfatione ad Abbatem Lætiensem,
 tomo

tomo I. Actorum Sanctorum Januarii præmissa, fol. 56. Habesinos quoque habere *Martyrologia & vitas Sanctorum*, que

Ἰνζηϛ *id est, Synaxaria vocantur*, refert Dn. Jobus Ludolfus in hist. Æthiopica, lib. III. cap. IV. §. 45. quorum verò plerorumque Auctores ignorantur. Neque etiam verisimile est, nostri, quod præ manibus habemus, Martyrologii Conditorum, utpote latinè scribentem, Græcum fuisse; Missis igitur Græcæ Orientalis, ad Occidentalis Latinæ Ecclesiæ Martyrologos transeamus, nostri Auctorem Martyrologii inter eos potius investigaturi.

§. 4. Primus, qui Martyrum gesta annotari voluit, fuisse dicitur Clemens I. Pauli Cooperarius, Phil. IV. 3. Episcopus Romanus, *hic fecit VII. Regiones dividi Notariis fidelibus Ecclesiæ, qui gesta Martyrum sollicitè & curiosè, unusquisque per Regionem suam, perquirent*, prout legitur in I. Conciliorum Tomo, in libro de Romanis Pontificibus, qui nomine Damasi citari solet. Platina in vita ejus sub finem fol. 12. *Regiones, scribit, VII. Notariis divisit, qui diligenter res gestas Martyrum scriberent.* Idem tamen postea fol. 26. Anthero I. qui cum Fabiano I. & Cajo I. Seculo III. vixit, hoc tribuit: *Antherus autem, contendit, primus statuit, ut res gesta Martyrum diligenter exquisita à Notariis scriberentur, conscriptas recondi in Arario Ecclesiæ mandavit, propter Maximum quendam, qui Martyrio coronatus est, (in Pontificali, cap. 20. scribitur: propter quod à quodam Maximo Præfeto Martyr effectus est:) ne unà cum vitâ bene agentium memoria aboleretur*, cui consentit etiam Jo. Baleus lib. I. de Roman. Pontif. actis, p. 12. *Antherus Græcus, Vir DEI, si quis alius, sub Maximini Imperatoris Tyrannide Christum constantè docuit. Hic Pontifex omnium primus curavit, ut Martyrum res gesta diligenter & accuratè à Notariis scriberentur: ne unà cum vitis, fortissimorum DEI militum memoria aboleretur.* Fabianus I. Successor, atque Cajus I. Notariis Diaconos adjunxerunt, Platinâ teste, qui

qui fol. 27. tradit: *Fabianus autem Pontifex VII. Diaconis regiones divisit, qui à notariis Martyrum res gestas colligerent, ad cæterorum exemplum, qui Christi fidem profitebantur.* Et fol. 33. *Idem quoque, Cajus (ut quondam Fabianus,) Regiones Diaconis divisit, qui res gestas Martyrum conscriberent.* His igitur *Ecclesia Romanae Notariis*, qui postea Protonotarii sunt dicti, primas in conscribendis Martyrologiis, vel potius Martyrum gestis, deferendas esse, scribit Cæsar Baronius in Præcapitulatione dicendorum ad Martyrol. Rom. cap. 8. Sed ubi nunc latent res illæ gestæ Martyrum, à Notariis Ecclesiæ Romanæ conscriptæ? Quidam (ut Florentinius & Bollandus,) volunt, conservari eas in Martyrologio Sancti Hieronymi, quem tamen Beda Eusebii Interpretem fuisse tradit. Idem contendunt in collectaneis Gregorianis illa superesse; de quibus vero quæstio redit, ubinam terrarum illa existant? Præterquam, quod in illis inregræ res gestæ non sint annotatæ, sed tantummodo nomen, locus & dies passionis. Non nulli etiam Ustardi pro Romano Martyrologio allegant. Herib. Rosweyodus arbitratus est, exhibere se *breve ex iisdem Martyrologium, quo dies tantum est locus passionis, ut habet S. Gregorius, notaretur.* Vid. Dedic. ejus ad Paulum V. Pontif. Rom. præfixo inde splendido *Veteris Romani Martyrologii* titulo, & in præfatione ad Lectorem, *Vetus hoc Romanum Martyrologium*, quod ediderat, *fontem esse omnium aliorum Martyrologiorum*, scribit. Sed quò gloriosius Rosweyodus de hoc edito à se Martyrologio scripsit, tanto minus alii id æstimaverunt. Franciscus Maria Florentinius Martyrologium suum, quod è Codice MS. edidit, & vocavit *Vetustius Occidentalis Ecclesiæ Martyrologium, quod Romanum nuncupandum esse, non levia argumenta suadeant*, Admon. 10. negat, Martyrologium à Rosweydo editum, vetus Roman. esse, & Martyrologium abs se editum vetustissimum, saltem *Vetustius Rosweydiano esse*, contendit. Ipse Jo. Bollandus, ex eodem cum Rosweydo sodalitiò, mavult tamen illud *minus Romanum* vocari, quam *vetus Romanum*, vid. præfat. ejus citat. fol. 47.

Henr.

Henr. Valeſius Diſſertationem de Martyrol Roman. quod edidit Rosweyduſ, hiſ concludit verbis : *Sed cujuſcunq; ea frauſ fuit, Martyrologium hoc Romanum dici non poteſt ; verum Aquileienſe potiùs, aut alio quodvis nomine eſt appellandum.* Idem ab initio Diſſertat. affirmat, *nullum unquam fuiſſe proprium ac peculiare Martyrologium Eccleſiæ Romanæ, ante illud, quod juffu Xyſti V. (Gregorii XIII.) Pontif Maxim. editum eſt hoc titulo, & Baronii notationibus illuſtratum.* Diftinguit deinde inter Martyrologia & Calendaria, illa generalia eſſe aſſerens, quippe quæ totiuſ Orbis Chriſtiani Martyres & Confeſſores generaliter continerent, hæc verò ſingularum Eccleſiarum propria, in quibus digeſta eſſent nomina Epiſcoporum & Martyrum, dieſque notati, quibus memoria eorum anniverſario cultu celebraretur. Quò faciunt verba Platinæ, ſuperiùs citata, in vita Fabiani, qui VII. Diaconis Regiones diviſit, ut à Notariis reſ geſtas colligerent, *ad cæterorum exemplum, qui Chriſti fidem profitebantur.* Chriſtianorum Carthaginienſium exemplum mox producemus. Onuphrius Panviniuſ itaque in Præfat. libri de Romanis Pontificibus & Cardinalibus, hæc VII. Rom. Eccleſiæ Notariorum Monumenta intra libros deperditos connumerat, apud Molanum cap. 2 r. libri de Martyrolog. & Petruſ Galeſiniuſ, Protonotariuſ Apoſtolicuſ, in Dedicat. ad Gregorium XIII. Martyrol. S. Rom. Eccleſiæ præfixa, *Notariorum, conqueritur, Clariffimas lucubrationes, variis afflicta rei Chriſtiane publicæ temporibus, magna ex parte interiſſe, cum Bibliotheca dedit à opera incenſe ob eam cauſam ſint, & Martyrum tabulæ ab impiis aliquando abrepta & atque inflammata,* B. 7. paulo tamen poſt : *Eſt præterea, ſperat, à vero non alienum, quæcunq; vel Latini vel Græci de Martyribus in Eccleſiaſticiſ Annaliſ Faſtorumq; Libroſ retulerunt, ea aut omnia, aut certè maximam partem ex libris veterum Notariorum illoſ accepiffe,* C. 5. & Jo. Molanum, qui multo cum judicio hac de materia ſcripſit, loco nuperri-
mè citato, *ego verò, ſentit, ex diligenti Lectione Martyrologiorum Bedæ, Uſuardi & Adoniſ & Lectionum Rom. Eccleſiæ, ſecundum antiquum*

usum, quæ permultis locis per omnia cum Adone conveniunt, animadverti, pleraque Martyrum gesta, à Rom. Ecclesiæ Notariis fidelissimè collecta, in variis Bibliothecis & Refectoriis adhuc Ms. superesse &c. habentur itaque præclarissima SS. Martyrum gesta magna diligentia conscripta, eaq; in prædictis Martyrologiis sæpissimè nominatim citantur: ferè semper autem nonnihil verbatim ex ipsis transcriptum est, habentur, inquit, sed in quibusdam Bibliothecis, & sæpe inter obscuras & apocryphas vitas, pleraque hætenus latuerunt, usq; ad editionem eorum per Dn. Surium: nonnulla adhuc latent.

§. 5. Quemadmodum verò Romæ in Italia, ita quoque Carthagine in Africa dies, quibus Martyres hanc afflictissimam cum meliori & beata vitâ commutârunt, annotaverunt, id quod discere est ex Cypriani Epist. 37. (qui seculo III. vixit) cohortantis Clerum Romanum, *dies eorum*, (fratrum) quibus *excedunt*, annotate, ut commemorationes eorum inter memorias Martyrum celebrare possimus, qua in re Tertullus insignem suam navavit operam. Quod enim Beatus Cyprianus Presbyteros atq; Diaconos Ecclesiæ Romanæ hortatus est, illud ipsum quoque Carthagine fecisse, dubium nullum esse debet. Sicuti autem Romana & Carthaginensis, ita dubio procul aliæ quoque Occidentales Ecclesiæ suorum Martyrum natales dies annotârunt in Tabulis suis Ecclesiasticis, ex quibus deinde Martyrologia sunt confecta, quo nomine tam Romani quam Carthaginenses Notarii hîc merentur memorari.

§. 6. S. Hieronymus Presbyter, ut in Bethlehemi in Oriente scripserit, hic tamen inter Scriptores Ecclesiæ Occidentalis meritò recensetur, quia latinè scripsit; Vixit ille seculo IV. & dicitur à plerisque Opus supra laudatum Eusebii ex Græco in Latinum idioma transtulisse, quod tamen Cardinalis Baronius non nisi de Compendio accipiendum esse existimat, in quod brevi summâ prægrande illud Eusebii volumen Hieronymus redegerit, quod postea Martyrologium sit dictum, ac Hieronymi nomine nuncupatum l. c. cap. VI. sub calcem. Citatur illud à Priscis præter Cassiodorum libro de Instit. divin. lect. cap. 32. & Walafridum Strabum, Libro de reb. Eccles.

Eccles. cap. 28. à Venerabili Beda, Lib. II. Expositionum in Evangelium Marci, cap. 26. *Et propterea, quod in Libro Sacramentorum natale ejus (Jo. Baptistæ) IV. Calend. Septemb. denotatum est, & in Martyrologio, quod Eusebii & Hieronymi vocabulis insignitum est, legitur IV. Calend. Sept. in Edessa (alias Emissa) Civitate Phœnicia Provincia Natale Jo. Bapt. die, quo decollatus est, non specialiter ipsum diem decollationis ejus, sed diem potiùs, quo caput ejus in eadem Edessa Civitate repertum, atque in Ecclesia est conditum, designat. & in Retract. in Actus Apostol. cap. I. Quibus, tradit, astipulatur & liber Martyrologii, qui B. Hieronymi nomine ac præfatione attitulatur, quamvis idem Hieronymus illius libri non Autor, sed interpres, Eusebius autem autor extitisse narretur, & ab Usuardo in Præfatione super opere Martyrologii, Præterea, scribente, & venerabilium, Hieronymi scilicet ac Beda Presbyterorum, piis, quamvis succinctis, super hoc provocabar descriptis; quorum prior brevitati studens, alter verò quamplures Calendarum dies intactos relinquens, multa inveniuntur hujus operis præterisse necessaria.* Circumferuntur etiam Chromatii & Heliodori Episcoporum ad Hieronymum, & hujus ad illos Epistolæ, quas verò Cardinalis Baronius l.c. cap. 7. & ante eum Molanus l.c. cap. 2. suspectas habent & confictas, quibus etiam Editor operis Hieronymiani, ex eadem sine dubio causâ, inter Epistolas Hieron. nullum concessit locum. Anne verò Martyrologium hoc Hieronymianum hodiernum superest? utique, si quidem Jo. Bollandi fidem habeamus, qui in Præfatione ad Abbatem Latiensem, Tomo I. Actorum SS. Januarii præmissâ, fol. 45. *Verùm, refert, periisse id Martyrologium Hieronymianum, multi Viri Eruditi existimarunt. Reperit illud tandem in Carthusia Trevirensi Herib. Rosweyduus noster, vetustissimo caractere exaratum, statuitq; in lucem emittere &c.* & paulò post; *cujus Martyrologii hic titulus est: CHRISTE FAVE VOTIS. CODEX S. WILLIBRORDI CONTINET MARTYROLOGIUM HIERONYMI. Paulo post pergens: Licet verò hoc Martyrologium S. Hieronymi dicatur, & ita illud cuem passim hoc opere; nullum tamen certum argumentum*

*suppetit, quod id à S. Hieronymo esse compositum confirmem, præter eam, quam antè retuli, libri inscriptionem, & quod in illud apte quadrare videantur, quæ ab Usuardo in sui Martyrologii præfatione scripta, quæ supra retulimus. Argumentum sanè, quo conjicit Bollandus, Hieronymi illud esse, infirmum est, nulliusque momenti, quid enim magis imposuit posteriori ætati, quam ejusmodi falsi tituli, quibus recentiores sub veterum, Patrum imprimis, sua obtrufere scripta: potuit etiam saltim conjectura fuisse nonneminis, Hieronymi esse, quid, si verò falsa? utut verò titulus seu nomen Hieronymi adsit, ubi verò est ejusdem Præfatio, cujus Beda meminit? ex eo etiam, quod Martyrologii hujus Auctori brevitati studuerit, quod sit Hieronymus, infirmissime colligitur. Idem cum G. Henschenio & D. Papebrochio, Gregalibus suis, in Præfatione Tomo II. Actorum SS. Martii præmissa scribit: *Nam Hieronymi Martyrologium, cujus nunc demum IV. in Italia, Germania, Francia, Belgioq. inventa sunt exemplaria Antiquissima, in quibus nostrum (Antuerpiense seu Wilibrordi) ante annos ferè mille exaratum, accuratissime à singulis ad invicem facta collatione, recens habetis excusum Luca, & illustratum operà Francisci Mariae Florentinii, Viri Eruditissimi, & nobis amicissimi, qui (Florentinus) Vetus Occidentalis Ecclesiæ Martyrologium, è Codice MS. editum, D. Hieronymo à Cassiodoro, Beda, Wafido, Notkero aliisque Scriptoribus tributum, in titulo operi præfixo scribit, & admonitione prævia VI. confirmare contendit. Quòd si verò Martyrologium hoc Hieronymianum (cujus Rosweydeus & Bollandus non nisi specimina ediderunt è Codice suo,) conferamus cum iis, quæ Beda in Marcum ex illo allegat, & nos supra recitavimus, nequaquam convenire deprehendemus. Hieronymi Martyrologium à Beda citatum habebat: IV. Calend. Septembr. in Edessa civitate Phœnicie Provincia Natale Jo. Baptiste die, quo decollatus est. Martyrologium Hieronymianum à Florentinio editum habet: IV. Cal. Septembr. In Provincia Palestine Civitate Sebastia natalis S. Johan. Baptiste, &c. quod ipse Florentinus cum multis aliis discre-**

pantiis,

pantiis, ex Notkero allegatis, agnoscit suspicatus, *tam Adonem, quam Notkerum, diversum à Martyrologio suo Codicem habuisse, vel apud Bedam ex aucto jam Martyrologio accepisse*, Admon. VI. fol. 28. in fine. A. qui verba superius citata apud Bedam inveniuntur, non in Martyrologio, quod auctum esse libenter largimur, sed in annotationibus ad Marcum, statim verò clamare, adventitium esse, quod disconvenit, sine addita ratione, ea quidem conciliatio violenta est. Baronius, ut supra audivimus, Hieronymianum opusculum compendium esse majoris Voluminis Eusebiani statuit, hujus verò ipsius Compendii Compendiola alia, contractioraque ex Hieronymo Majore Martyrologia hinc inde existunt, observante Bollando: *fuere etiam Ecclesie*, refert is in Prologo Martyrologio Venerabilis Bedæ, & Tom. II Actorum SS. Martii præfixo § 3 & 4. *Quis satis fuit nudus Hieronymiani Martyrologii contextus, ad pauciores Sanctos contractus: & tale Martyrologium alterum Casini reperimus &c. &c. Talibus iisq; tam variis cum passim Ecclesie per Italiam & Gallias uterentur, & fortè etiam per Britanniam, Germaniamque, licet alia integrum Hieronymi opus utcumq; conservarent, sicut à superstivibus hætenus exemplaribus liquet.* Omnes hi Martyrologium Hieronymo adscribunt. Valesius solus in Dissert. laud. dissentit, *librumque subditicium vocat, qui Hieronymo falsò adscribatur, hoc autem Martyrologium, quod B. Gregorius in Epist. ad Eulogium indigitat, non aliud fuit, l. c. dislerit, eo quidem tempore, quam Martyrologium B. Hieronymi.* De hoc igitur intelligendus est Gregorii Locus. Certè hoc B. Hieronymi Martyrologium in Italia atq; in Occidentis partibus vulgò receptum fuisse, docet Cassiodorus in libro de div. Lect. cap. 32. ex quo colligitur, *Martyrologium illud, licet falsò Hieronymi nomen præferat, tamen vetustissimum esse, & paulo post obitum ipsius Hieronymi à nescio quo evulgatum.* Rationes, propter quas Martyrologium falsò Hieronymo adscriptum statuit, Valesius hic non addit, si quis verò sententiam ejus amplecti velit, ei haut immeritò suspectum esse possit, quod Martyrologium hoc in opere Hierony-

ronymiano quoque absit, ita ut Editor quoque sic statuiffe videri possit, & Beda, qui post Cassiodorum primus hujus rei meminit, non assertivè, sed relativè solummodo Hieronymum Martyrologii faciat auctorem vel Interpretem, *ad stipulatur*, scribit, *et liber Martyrologii, qui B. Hieronymi nomine ac prefatione attitulatur*, (addubitans quasi, utrum ejus revera sit,) *quamvis idem Hieronymus illius libri non auctor, sed Interpres, Eusebius autem auctor extitisse narretur.*

§. 7. Succedat nunc Martyrologium *Gregorianum*, quod vocant, cujus tamen ipse Gregorius M. qui seculo VI. vixit, auctor non est, sed saltem ejus mentionem facit, Lib. VII. Indict. I. cap. vel Epistola 29. *Nos autem, scribit is ad Eulogium Alexandrinum, ferè omnium Martyrum, distinctis per dies singulos passionibus, collecta in uno codice nomina habemus, atque quotidianis diebus in eorum veneratione Missarum solennia agimus. Non tamen in eodem volumine quis qualiter sit passus indicatur, sed tantummodo nomen, locus et dies passionis ponitur. Unde fit, ut multi ex diversis terris atque provinciis per dies, ut prædixi, singulos cognoscantur Martyrio coronati, sed hæc habere vos beatissimos credimus.* Diligenter Martyrologium hoc distinguit B. Gregorius à Martyrum rebus gestis Eusebii, quas Eulogius in Oriente frustra quærens ab Episcopo Romano petiit communicari; dicit itaque, habere se quidem penè omnium Martyrum, non tamen gesta, sed saltem nomina, cum loco atque die Passionis, in uno codice collecta: quis Codicis illius Auctor fuerit, non significat Gregorius. Bollandus loco nuperrime cit. §. 1. & Valesius in Dissertat. allegatâ suspicantur, Hieronymi Martyrologium subinui, quia nimirum illud omninò ita sit comparatum, cujusmodi hic à Gregorio M. est descriptum, &, quod ipse Pontifex scribat: *sed hæc habere vos Beatissimos* (scilicet Eulogium, Alexandrinum, cæterosque Orientales) *credimus*, quippè cum Hieronymus fuerit Eusebii Interpres. Sed ita credidisse non potuit Gregorius Papa: didicit enim ex Epistola Eulogii, *desiderare eum opus illud Eusebii*, non habere,

habere, nominasset etiam Gregorius, qui omnia de hoc Codice tam diligenter perscripsit, auctorem, si nominatus is in fronte Codicis fuisset, legisset Hieronymi nomen, Martyrologium enim illud Hieronymi nomine attributum fuit, ut refert Beda, cognovisset sine omni dubio ex præfatione, interpretatum Hieronymum esse illud Eusebii opus, & ante omnia Eulogio perscripsisset, se nactum quidem esse Eusebium, sed tantum latinè loquentem. Quod si verò Hieronymus non sola nomina, loca atque dies passionum Martyrum, sed res gestas etiam conscripsit, Eusebium *κατὰ πρόδα* interpretatus, nullo modo Hieronymianum opus intelligi hinc potest. Card. Baronius l. c. cap. 8. Gregorianum hoc Martyrologium, idemque per breve illud ipsum esse arbitratur, cujus Ado meminit in sui Martyrologii præfatione his verbis: *Huic operi, ut dies Martyrum verissimè notarentur, qui confusi in Calendis satis inveniri solent, adjovit nos venerabile & per antiquum Martyrologium ab Urbe Aquileia cuidam Sancto Episcopo à Pontifice Romano directum, & mihi postmodum à quodam religioso fratre aliquot diebus præstitum: quod ego diligenti curâ transcriptum, positus apud Ravennam, in capite hujus operis ponendum putavi. Hac Ado.* Porro pergit Cardinalis, in omnibus, quæ viderim, Martyrologiis Adonis impressis, illud ipsum Româ acceptum desideratur, egregiam certè, ac viris eruditis dignam optatamque navasset operam Mosander (Editor Martyrologii Adonis) si ejusmodi illustre Vetusstatis Monumentum, quod in suo MS. Adone haberi testatur, unà cum ipso Martyrologio Adonis, quod post Surium ad VII. Tomum *Vitarum Sanctorum* adjecit, edidisset. Argumentum tamen, quo ita statuit Baronius, invalidum est, ex eo enim, quod à Pontifice Romano est directum, non statim sequitur, Gregorianum fuisse. Herib. nihilominus Rosweyds, his Cardinalis verbis excitatus, cum Adonis Martyrologio *vetus hoc Romanum Martyrologium, hætenus à Cardinale Baronio desideratum*, prout inscripsit, edidit, ex Codice MS. S. Pantaleonis, quæ Coloniae è D. Benedicti familiâ celebris Abbatia est, quem ei Carthusia Coloniensis submisit,

fit, præfixum Adonis Martyrologio, ex quo ipso Codice Jacobus Mosander, Carthusiæ illius Religiosus, ante annos aliquot Martyrologium Adonis, omisso tamen, uti dictum, veteri hoc Martyrologio, in dedicat. ad Paulum V. Pontif. Roman. *Fero nunc, thraſonice ſcribit, ad Sanctitatem veſtram Vetuſ hoc Romanum Martyrologium, quod Gregorius Pontifex Maximus ad Eulogium Alexandria Episcopum ſcribens, per Orbem univerſum diſperſum eſt optavit eſt creditiſ.* Quid ferat hic dignum tum magno ſponſor hiatu, audiamus ex Andrea Sauſſayo, qui apud Florentinum loc. cit. Admon. IV. *Sagaciuſ ſe geſſiſſe Moſandrum cenſet, quod Adonem exhibens eidem adnexum indiculum, quem merum Kalendarium ad uſum Monasterii S. Pantaleonis Coloniensis congeſtum exiſtimat, non evulgaverit, neque, ut Roſweyduſ, Martyrologii dignaverit appellatione.* Valeſio etiam in laudata Diſſertat. hoc Roſweydanum Martyrologium exploditur, & Aquileienſe potiùſ vel alio quovis nomine, quàm Vetuſ Romanuſ appellandum eſſe videtur; quibus ipſe Bollanduſ, Lojolita, & Roſweydi congregaliſ, aſſentitur, *neque verò illud erat S. Gregorii Ætate Martyrologium, quod à Roſweydo noſtro editum cum hoc ſubinde non niſi unicum ſanctum, ſemper pauciſſimos referat. Ex illo vero (Gregoriano) multi ex diſverſiſ terris atque provinciis per dieſ ſinguloſ cognofcebantur Martyrio coronati.* Præfat. ad Abbatem Lætiensẽ cap. IV. §. 5. fol. 47. Poſt Roſweyduſ Franciſcuſ Maria Florentinuſ, Nobiliſ Lucenſiſ, edidit Martyrologium à *Magno Gregorio*, ut arbitrabatur, deſcriptum, verum ex eo inprimiſ perſuaſuſ, quod in eo Martyrum nomen, locuſ atq; dieſ paſſionis, ut in Gregoriano, annotaretur, quod vero, quemadmodum judicanti liquet, argumentum inſufficiẽſ eſt.

§. 8. Seculo Chriſtiano VIII. Venerabiliſ *Beda*, Preſbyter, Martyrologium conſcripſit, quod inter ejuſ opera Tomo III. exhibetur, & ſeparatim etiam impreſſum extat, ſed, quemadmodum legenti apparet, valdè corruptum, multi enim Martyreſ atque Sancti in eo recenſentur, qui poſt Bedam demum vivere, ita ut mul-

ta à posterioribus sint adjecta, sublata etiam nonnulla, varietate transposita & disjecta videantur. Deinde Ufuardus *quampures Kalendarum dies intactos reliquisse Bedam* in præfatione tradidit, in moderno verò Bedæ Martyrologio nulli prorsus Kalendarum dies intacti comparent, vid. Molanus loc. cit. pag. 198. b. & Bollandus in præfat. ad Abbatem Lætiensem, Tom. I. Actuum SS. Januarii præmissâ, cap. IV. §. 6. fol. 48. Præterea cum Beda tomo operum II. in libro de Temporibus ratione, cap. 13. fol. 68. de Mensibus Anglorum scribat: *incipiebant autem a. n. m. ab octavo Calendarum Januariarum die, sibi nunc Natale Domini celebramus*, mirari licet, qui factum sit, ut ipsius quoque Bedæ Martyrologium inde Principium Anni haut accersat! Centulensis tamen in Gallia Monasterii, sive S. Richardi olim, jam S. Vedasti apud Atrebatenses Cœnobii Codex MS. Bedæ præferens nomen, exorditur à vigilia Nativitatis, referente Bollandus l. c. qui unâ cum fociis suis in Actis SS. Martii, Tom. II. in Prologo, §. 14. Martyrologium hoc, sub Bedæ nomine excusum, ex Adone sumptum esse contendit, ibidem §. 5. & seqq. ex VIII. MSS. Codicibus (1. Fragmento Martyrologii Reginae Sueviæ. 2. Bouheriano Divionensi 3. Vaticano 4. Monasterii S. Cyriaci in Thermis Romano, quem unice commendavit adhibuitque Baronius in recensendo digerendoque Martyrologio Romano, hodie Vellicellanae Patrum Oratorii bibliotheca 5. Barberiniano 6. Ecclesiæ S. Mariæ Atrebatensis, 7. Monasterii S. Martini Tornacensis, & 8. Monasterii S. Lamberti Lætiensis seu Leodiensis,) purum, ut vult persuadere, Bedæ Martyrologium collegit, & ibidem exhibet, fides sit penes auctorem.

§. 9. Bedam sequenti seculo Florus, Lugdunensis in Gallia Ecclesiæ Subdiaconus, excepit, quod ignorare nos noluit Ufuardus, in præfatione Martyrologii sui: *Quos, Hieronymum nim. atque Bedam, secutus, censurâ, pergit, & Flori, memorabilis Viri, latiora jam in eo ipso negotio sequi vestigia, præsertim in secundo ejus libro, ibi enim multa, quæ in priori omiserat, & correxit & addidit*, atque Ado

C

in

in Prologo refert: *Martyrologium, quod venerabilis Flori studio in labore Domini Bedæ accreuerat.* ex quibus intelligitur, Florum non proprium conscripisse, sed Bedæ Martyrologium, cum quæ tactos, tum quæ intactos Calendarum dies auxisse. Bollandus loc. cit. in tribus posterioribus modo nominatis Codicibus MSS. Florum se inuenisse, & in adjecto Bedæ Martyrologio genuino à labore Bedæ, Flori additamenta discriminasse sibi videtur.

§. 10. Coætaneus Flori fuit *Wandelbertus*, Prumiensis Cœnobii, in Trevirensi L'iceesi, Ordinis S. Benedicti Monachus, quemadmodum ex Præfatione ejus, Martyrologio præmissa, liquet: *Ope & subsidio præcipuè usus sum Sancti & nominatissimi Flori, Lugdunensis Ecclesie Subdiaconi, qui, ut nostro tempore reuera singulari studio & assiduitate in diuinæ scripturæ scientia pollere, ita librorum authenticorum non mediocri copia & veritate cognoscitur abundare.* Hic Metricè Carmine Heroico Martyrologium conscripsit; extat inter opera Bedæ Tomo Libro, qui Ephemeris seu Computus vulgaris dicitur, insertum, falso Bedæ tributum.

§. 11. Eadem ætate, qua Florus in Gallia, *Rabanus Maurus*, ex Abbate Fuldensi Archi-Episcopus Moguntinus, in Germania nostra Martyrologium conscripsit, quod MS. reperit H. Canisius. in celeberrimo Monasterio S. Galli, & ex eo descriptum exhibuit tomo VI. & ultimo Antiquæ lectionis.

§. 12. Tempore eodem *Ufuardus*, (quem Genebrardus *Ufuardum* minus rectè nominat) Monachus Gallus, scripisse videtur, de ætate enim non conveniunt Auctores: Namque cum is Martyrologium suum Carolo Augusto inscribat, eum sub regimine Caroli M. octavo seculo, vixisse quidam volunt, è quibus *Tritthemius*, *Maurolycus*, *Molanus*, aliique sunt: Alii verò, absque voce *Augusto*, simpliciter *Carolo* legunt, & *Calvo*, sequenti seculo, inscriptum volunt, ita statuit Bollandus in Præfatione ad Abbatem *Latientem*, Tomo I. Actorum SS. *Januarii præfixâ*, cap. IV. §. 7. fol.

fol. 51. & in Præfatione Martyrologio Bedæ & Tomo II Acto-
rum SS. Martii præmissâ §. 10. fol. 7. ut & H. Valesius in Dissertat.
de Martyrologio Rosweydiano, quos in collocando Ussuardo
hic sequor, eoque libentiùs, quod videam, Ussuardum ad Calend.
Novemb. Festum omnium Sanctorum recensere, à Gregorio IV.
Ann. 835. è die III. Id. Maji illuc rejectum. Hoc Ussuardi Mar-
tyrologium, antiquatis ferè cæteris, usurpari à Romanâ aliisque
Ecclesiis plurimis consuevit, quippe publicâ etiam, sive Impera-
toris, sive Regis, Caroli, auctoritate conscriptum. Auctum de-
inde & ipsum fuit, sed genuinum edere, indicatis minori Chara-
ctere augmentis, allaboravit ex editis ineditis Codicibus laudatus²
aliquoties molanus². Aliquando sub Bedæ nomine citatur, vid.
Jac. de Voragine in Lombard Hist. legenda 56. & Petrus de Natali-
bus in Catalogo Sanctorum lib. IV. cap. 81.

§. 13. *Ado*, quem Platina & Maurolycus Odonem, Naclerus autem Othonem vocant, creditus olim Trevirensis, sed posterioribus est Viennensis in Gallia Episcopus, qui Ann. Chr. 855. est creatus, ita ut uno eodemque tempore Ussuardus atque Ado in Gallia vixisse, & Martyrologia sua conscripserit reperiantur. miratus itaque sum, postquam in præfatione Francisci Maurolyci, Abbatis, Martyrologio ejus præfixa, hæc verba legi: *Successit his, Hieronymo, Bedæ atque Ussuardo Quartus, Odo Trevirensis Antistes, qui tempore Leonis VII. Papa, ut ipse in suo Prologo indicat etc. historias quasdam longiusculas in compendium, ut infirmioribus satisfaceret, confecit.* Quod si ita est, Odo noster non IX. sed X. seculo vixit, namque Leo VII. Papa, An. Dom. 935. sedit. Forte de Adone Trevirensi intelligens, non Leonem, sed Gregorium VII. dicere voluit, qui verò An. Dom. 1076. sedit. Verum enim vero ipse Ado in Prologo suo hujus rei haut meminit, neque omninò ætatem suam expressit. Cæterum Martyrologium Adonis primus edidit Aloysius Lipomannus, post hunc

Jacobus Mosander, & tandem Herib. Rosweyduſ, ex tribus
Codd. MS.

§. 14. Eodem IX. quod *Martyrologorum*, poſſumus
dicere, *Seculo* ſcripſit etiam *Notkerus*, ad diſcrimen alterius poſte-
riorisque, *Phyſici* dicti, *Balbulus* cognominatus, *Monachus* S.
Galli, coactaneus *Adonis*, ſuperſtes enim is fuit, quando *Ado*,
Episcopus *Viennensis*, reliquias S. *Deſiderii* *Martyris* ad Mona-
ſterium S. *Galli* tranſmiſit, quod factum eſt Ann. 870. edidit
hoc *Martyrologium*, è *Bibliotheca* S. *Galli* publicatum, H. *Canisius*,
Tom. VI. Antiquæ *Lectioſis*. Obſervo hunc *Martyrologum* dili-
gentem fuiſſe, exempla inferiori cap. IX. §. 4. & 9. producuntur.

§. 15. Hi ferè ſunt *Martyrologi* *Antiqui*, iique celebri-
ores atque noti; *Plures* verò, præter adductos, eſſe, dubium nullum
eſt. *Alphonſus* *Tboſtatus*, *Abulensis* *Episcopus*, *Defenſorii* *Parte* II.
cap. 86. citat *Calendarium* S. *Iſidori*, quod non vidi, ſcribit *Joan.*
Molanus, cap. VII. libri de *Martyrologiis*. Superiori etiam §. 6.
vidimus, *Martyrologium* S. *Willibrordi*, *Cœnobii* *Epternacensis*
in *Mosellana* *Ditione*, quod *Herib. Rosweyduſ* in *Carthusia* *Tre-*
virensi reperit, & *Amſtelodami* operâ *Moreti* excudi ex parte cura-
vit, ſeculo VIII. ut ferunt, jam exaratum, quod *Florenti-*
nus omnium, quæ penes *Scriptores* memorentur, & quorum
fragmenta videre contigerit, vetuſtiſſimum eſſe putat, *Admon.*
VII. fol. 36. Sed & ipſe *Florentinus* *Martyrologium*, quod è
ſuo alioque *Luensis* *Eccleſiæ* *Codice* protulit, pro vetuſtiori *Oc-*
cidentalis *Eccleſiæ* *Martyrologio* venditavit, quod priori, *Eptern-*
nacensi, *Antiquitate* quidem ſeu ætate *Librarii*, non item præ-
ſtantia cedat. Poſſum & ipſe, ſcribit in *Admonitione* prævia l. fol.
2. ſub finem, *facilius* quam *Rosweyduſ* decipi; at invento ex *Luensi*
Eccleſia uberiori, ac, ut puto, vetuſtiori (quæ eſt non *Trevirensis*, ſed *Co-*
lonienſis *Rosweyduſianum*, de quo ſtatim) *Martyrologio*, quis in
tenebris amplius latere, piaculum non dixiſſet? de auctore hujus
editi ab ſe *Martyrologii*. conjecturam *admon.* VI. fol. 30. prodit:
Al-

Auctorem equidem, scribens, ignorare me fateor, & unum tantum fuisse, vix crederem: Monachum aliquem vel Monachos Fontanellensis Cœnobii, & Antissiodorensis Ecclesiæ Clericum vel Clericos, ex majori parte conjectare licet. Idem Rosweyduſ, invento in Carthusia Coloniensi Martyrologio Adoni præfixo, arbitratus est, reperisse se, non quod pueri in faba, sesquipedalia verba ejus ad Pontificem Romanum superiori §. 7. percepimus. Et ut fontis latex, in præfat. ad Lectorem scribit, ab Origine sua recedens, sensim augetur, & in rivum aquis undique confluentibus abit; idem factum huic Martyrologio, quod nunc à Beda, nunc ab Usuardo, nunc ab Adone, nunc ab aliis paulatim accrevit. Licebit nunc ad fontem digitum semper intendere, eo enim sine Caput fontis, quod hætenus latebat, in apertum produxi. Recentioris etiam ævi Martyrologium Rosweyduſianum arguunt, quæ LV. Non. Julii leguntur: Eodem die Augustæ S. Udalrici, Episcopi & Confessoris, qui verò X. seculo vixit, & sine dubio non statim est Canonizatus. Ado sane ex hoc fonte aquas suas derivare non potuit, quippe seculo IX. vivens, nisi dicere velimus, à recentiori Scriptore addita hæc fuisse; Atque ita statuunt Mosander & Rosweyduſ in Appendice, quibus suspecta hæc esse videntur, atque à posteriori manu, fortassis Monachi Benedictini, in cujus solius Codice sunt reperta, & in tribus reliquis MSS. aberant, adjecta. Anno Seculi hujus LXXVII. Parisiis operâ Lucae Acherii, è Congreg. S. Mauri Monachi Benedictini, prodit & tomo XIII. Spicilegii Veterum aliquot Scriptorum, qui in Gallia Bibliothecis, maximè Benedictorum, latuerant, Martyrologium Gellonense, sive Monast. S. Guilielmi de Deserto, pervetustum, ineunte scilicet seculo IX. Anno circiter 804. conscriptum. Præter Martyrologia Antiqua MSS. superius §pho 8. citata, laudantur, Corbeiensè in primis Florentinio, Cremonense, Galeſinio, & Blumanianum seu Weissenburgense, sed & multò plura alia sunt, quæ in Ecclesiis, Monasteriis a. que Bibliothecis deliteſcunt, & quotidie eruuntur.

§. 16. E Recentioribus sunt *Francisci Mauro'yei*, Abbatis Messanenſis, Martyrologium Venetiis 1570. impreſſum, *Petri Ga'efinii*, Protonotarii Apoſtolici, Martyrologium S. Romanae Eccleſiae uſui accommodatum, ad Gregorium XIII. ſcriptum, cum annotationibus ejuſdem, Venetiis 1578. *Casaris Baronii*, gorani, Congreg. Oratorii Presbyteri, Sacrum Martyrologium, Romanum, Gregorii XIII. Pontificis Romani juſſu editum, cum ejuſdem notationibus, atque tractatu de Martyrologio Romano, & complura alia, Nationum inprimis atque Ordinum Monast. quæ verò recentiora Martyrologia hic, ubi de auctore perveruſti Martyrologii quaestio eſt, recensere, nihil attinet. Illud tamen, de Martyrologiis his recentioribus, Baroniano inprimis, eſt notandum, multa in gratiam Curiae Romanae in iis eſſe rejecta, addita, varieque pro lubitu interpolata, Exempla ſi quis deſiderat, conſulat is Joannē Dallæum de uſu Patrum, lib. I. cap. 4. & infra cap. IX.

§. 17. Si itaque nunc tandem è diverticulo ſatis longo ad propoſitam quaestionem redeamus, quæ eſt de noſtri, quod hic publicamus, Martyrologii Auctore: ſciendum eſt, collatione cum prædictis Martyrologiis inſtitutâ, noſtro cum nullo per omnia convenire; Wandelberti ligata Oratione eſt ſcriptum, Flori, Uſuardi, Adonis, Rabani, Notkeri &c. diffuſiora ſunt. Gregoriano quoque noſtrum ſimplicius eſt, cum in eo ſaltim nomen atque dies natalis, non item locus paſſionis Martyrum annotetur. Cum Hieronymiano magis convenit noſtro quàm Lucenſi, ſicuti enim, Bedâ teſte in Com. ad Marc. in Hieron. Martyrologio IV. Cal. Sept. annotatum fuit: *In Edessa Civitate Phœniciae Provinciae, Natale Joan. Baptiſtae die, quo DECOLLATUS eſt*: ſimili modo in noſtro legitur ad iſtum diem: *Decollatio S. Joannis*, utriuſque tamen, tam Hieronymi, quam Gregorii, tanquam Sanctorum, adeoque defunctorum, Martyrologium noſtrum commemorat, ut illos auctores ejuſ eſſe, veriſimile non ſit. Cum nullo tamen magis convenit noſtro, quàm cum Martyrologio Bedæ; ſicut enim is, Uſuardo Teſte, complures

Calen-

Calendarum dies intactos reliquit, simili modo in nostro etiam Martyrologio complures dies vacui sunt, de quibus suo dicemus loco. Et sane, si conferamus Martyrologium Bedæ purum apud Bollandum cum nostro, ut plurimum dies intactos utrobique convenire deprehendes. Sed absque omni dubio plures, quam memorati, qui præ cæteris celebres in primis fuere, Martyrologi extiterunt, & fortassis cujusvis Ecclesiæ, sicuti diversa Martyrologia, ita quoque Auctores diversi fuerunt; Hinc Florentinius editi Martyrologii Auctorem vel auctores Fontanellensis Cœnobii Monachum seu Monachos, & Antissiodorensis Ecclesiæ Clericum vel Clericos fecit. Ut concludamus tandem caput, colligimus, auctorem hujus quoque Martyrologii seu Presbyterum seu Monachum fuisse, certum enim definiri non potest, eumque Seculo Christiano VII. viventem, innominatum tamen.

CAP. III.

DE
ÆTATE SEU ANTIQVITATE.

§. I.

Quemadmodum verò ratione Auctoris, ita etiam Ætatis seu Antiquitatis respectu nihil certi definire possumus; pervetustum quoddam Martyrologium esse, complura suadent Argumenta, quorum Primum ipsa, si inspicatur, Membrana est, à tempore, quod est edax rerum, hinc inde exesa.

§. 2. Alterum Antiquitatis argumentum est, quod Martyrologii hujus principium, non à Calendis Januarii fiat, ut hodie solet, sed vetustiori ritu à XXV. die Decembris, Nativitati Dominicæ sacrò. Exinde Anglos olim Annum exorditos esse, superiori

periori capite II. §. 8. ex Beda audivimus. Cui nunc addo recentiores Scriptores, Josephum Scaligerum, qui lib. 2. de Emendat. temporum, *Rubr. de Cyclo lunari Veterum Saxonum*, fol. mihi III. tradit: *hoc illi, Veteres Saxones atque Danti, facientes, Principium Anni Civile, semper à XXV. Decembris capiebant, idque à nocte, que sequitur XXIV. in qua antiquitus Christiani hodieque per vigilia natalitia faciebant, eam noctem Modraneēt (die Nacht Mutter) quasi illa esset Parens & Princeps omnium reliquarum noctium, utpotè à qua Anni civilis caput sumeretur.* Conferatur Olauus Wormius, libro I. Fastorum Danicorum, cap. 12. Adonis quoque Martyrologium inde auspicatur, de quo Rosweydu in Præfat. ad Lectorem: *Quod hic, scribit, in Martyrologio Adonis initium sumitur, non à Calendis Januarii, ut hætenus editum, sed à Vigilia Nativitatis Dominica, scias, hoc ex Romana Ecclesie ritu factum, que anni Epocham olim habuit Nativitatem Christi, & à Vesperis Vigiliæ ipsius Nativitatis annum auspicabatur. Constantè ita exhibebant tria MS. exemplaria, quibus usus sum, vide & Cl. V. Pauli Petavii Syntagma de Epocha Annorum.* Ipsum tamen huic Adonis præfixum Martyrologium Rosweydi, recentiori ritu à Calendis Januarii orditur, quo nomine Florentinius suum Martyrologium, tanquam antiquius, ei præfert: *Rosweydi Martyrologium*, scribit is Admon. IV. fol. 20. *recentiori ritu, quàm nostrum, à Calendis Januarii annum orditur, quod evulgator ipse fatetur in Annotationibus ad Adonem, nosque ad eandem diem comprobavimus.* Ab VIII. Calend. Januarii Gellonense etiam Martyrologium, Tomo XIII. Spicilegii ab Acherio insertum, exorditur.

§. 3. Tertium argumentum pro Antiquitate Martyrologii hujus ab ipsis Martyribus, Confessoribus, aliisque Sanctis sumitur, qui in Martyrologio hoc memorantur, antiqui omnes, neque occurrit, qui non jam ante octingentos ad minimum annos vixerit.

§. 4. Quartum argumentum Antiquitatis est Simplicitas.

Baro-

Baronius in Martyrologio Gregoriano, in Præcapit. dicendum, cap. 8. *Hoc ipsum, scribit, simplex absque alio additamento Romanum Martyrologium, idemque perbreve, in quo tamen nomina, locus ac dies Passionis positi haberentur, est illud ipsum, cujus meminit Ado.* Et paulò post pergit: *Egrégiam certe, ac Viris Eruditis dignam optatamque navasset operam Mosander, si ejusmodi illustre Vetustatis Monumentum, &c. edidisset.* Ecce verò hoc, quod damus, Martyrologium, solos dies natales atque nomina Martyrum exhibet, perbreve, & Gregoriano simplicius est, quo verò unum quodque est simplicius, eo etiam Antiquius esse meritò censetur.

§. 5. Quintò Martyrologii hujus Antiquitas ex eo etiam comprobatur, quod complures Calendarum dies cavi sint atque vacantes. Verisimile enim est, olim non tam plenum, atque hodie est, Martyrologium fuisset, sed crescente Sanctorum numero, Martyrologio quoque augmenta accrevisse, quemadmodum de Bedæ Martyrologio referunt Usuardus, eum complures Calendarum dies intactos reliquisse, atque Ado; *Venerabilis Flori studio in labore Domini Bedæ nonnihil accrevisse.* Cui verò deinceps subsecutis ætatibus subinde plura accessisse augmenta, credibile omninò est. Cùm igitur in nostro, perinde atque in Bedæ, Martyrologio complures (CLI numero) Calendarum dies iuncti sint relictæ, quis non vetustatem ejus agnosceret & veneraretur! Sed & illi dies, qui non vacant, non tamen nisi singulos, binos, ternos vel quaternos Sanctos, nominibus suis expressos, exhibent, quod & ipsum vetustatem prodit: Posteriora enim Martyrologia multo plures Sanctos recensent, quemadmodum ex collatione nostri cum illis manifestum fiet. Apud Durandum lib. VII. cap. I. pag. 429. *Eusebius refert, quod quolibet anni die plus quam 5000. Sanctorum festa concurrant, excepto die Calend. Jan. quo intendebant Gentiles, epulus & solennitatibus, non ad martyrizandum Sanctos, vacantes.* Conf. cap. IX.

D

§. 6. Quin

§. 6. Quin & Necrologium, utut à posteriori manu adjectum, antiquitatem præ se ferre videtur, cum quòd in eo tenuia admodum munuscula Ecclesiæ legata esse inveniuntur, præcis temporibus, quibus res Ecclesiæ haut ampla fuit, perquam convenientia, tum quòd id verbis illius ævi atque mediæ Latinitatis sit descriptum, & quæ alia sunt, quæ coarguunt vetustatem.

§. 7. Atqui Florentinius, in opere sæpius laudato, admon. IV. fol. 20. Martyrologio Rosweydiano assertam & deprædicatam vetustatem ex ea ratione abjudicat, quod illud ad diem 21. Jan. Fabianum (quem Ado Episcopum vocat) recentiori ritu Papam cat, hoc, colligit, *non obscure videtur arguere Kalendarii auctorem, post Gregorium VII. aduixisse, quòd Anno Christi 1073. Pontifex ille statuerit, nomen Papa, aliis hæcenus Episcopis & clarioribus Presbyteris commune, proprium deinceps & singulare Romani Pontificis cognomentum esse debere; idem & nostri Martyrologii Antiquitati obstare possit! frequenter enim in eo Romanus Pontifex Papa vocatur, sed tamen aliquoties Episcopus quoq; audit, vide 30. Maji, 6. Augusti, 7. Octob. & 23. Novemb. unde ex hoc ipso inferas licet, nostrum Martyrologium ante seculum XI. scriptum fuisse, cum illo & sequentibus seculis, ex constitutione Gregoriana, Pontifex Romanus Papa solummodo fuerit dicendus.*

§. 8. Instat verò jam Andreas Saussayus apud Florentinum admon. IX. *Confessoris* titulum posteriora D. Hieronymo Secula sapere, & *Depositionis* vocem posterioribus demum seculis, his, qui extra persecutionum procellam in pace quieverunt, aptari, propter quæ Saussayus Rosweydianum Martyrologium convellit, & novitatis arguit; quæ verò & Nostri Martyrologii antiquitatem sollicitare videntur, quippe in quo nomen Confessoris aliquoties, & *Depositionis* quoque vocabulum, non tamen nisi semel, occurrit. Sed durus exactor Saussayus est, Judice Florentinio, propter harum vocum usum Martyrologium exagitans, quæ tamen antiqui-

tus

tus etiam usurparæ esse reperiuntur, ut ibidem Florentinius probat. Beletus quoque, Bonifacii IV. & Phocæ Imperatoris Constantinopolitani ætate, nondum facta esse festa Confessoribus scribit, cap. 127. Ration. divin. offic. Sed hanc sententiam refellunt sermones SS. Patrum, Ambrosii, Augustini atque Petri Chrysologi, de Confessore dicti. Neque vero nos Antiquitatem hujus Martyrologii ad ævum usque Hieronymianum referimus.

§. 9. Quo igitur tempore, ut certum saltem seculum definiamus, conditum hoc Martyrologium esse dicemus? In fine Martyrologii, nisi valde fallor, illud quidem significatur his verbis: *Omne tempus præsentis Seculi Ulti - - VII. non excedens evolvitur.* Verba nonnihil sunt obscura, quorum verò, si quid rectè judico, hic est census: *Omne tempus præsentis Seculi ultimi evolvitur*, id est: Omnes SS. Martyrum dies natales, qui quidem in præsentem usque diem constituti sunt, annotantur cum diebus Festis; *Septimum*, subintellige ex præcedenti, *Seculum non excedens*, q. d. omne tempus hic evolvitur, quod quidem præsens seculum VII. non excedit, ut, si qui sunt Martyres, Confessores, Virgines, VIII. IX. X. & reliquis seculis futuri, quorum tamen natales dies hic non evolvantur seu memorentur, nemo miretur. Unde Æquinoctium Vernum, ad XVI. Cal. April. in eo annotatur, quod Seculo VI. convenit, vid. cap. V. §. 6. Quæ cum ita sint, Venerandæ sanè Vetustatis hoc Monumentum est, quippe Seculo Christiano VII. ante mille annos, & ante ipsius Bedæ Martyrologium, conditum, Gregoriano ferè Coævum, cum quo certè de Simplicitate certat non solum, sed & palmam præripit! quæ etiam causa fuit illud publicandi, utpote omnium, quæ hæcenus edita sunt, ut simplicissimum, ita etiam antiquissimum.

§. 10. Ne verò quid gloriosius (quod in aliis culpamus) vel præcipitanter dixisse videamur, admonendus Lector es, recenseri hic nonnulla, quæ VII. Seculum excedant, hujusmodi est verbi gratia: quod die IV. Id. Martii *Sancti Gregorii Papæ* mentio fiat.

At quo anno, differit Florentinius loc. cit. admon. VII. fol. 34. D. Gregorius Venerationem Sancti coeperit habere, ut in Martyrologio poneretur, non ita facile decerni posse existimarem. Statim post mortem D. Gregorium apud omnem populum pro Sancto habitum non fuisse, docere potest invidorum conatus incendendi ejus libros &c. Ritu quidem Sanctorum, paulo post pergit, super positam aram veneratum non nisi sub Gregorio IV. id est, Anno Christi 827. apparet. Tunc enim sacrum ejus corpus cum indumentis ex sepulchro incorruptum in Ecclesiam S. Petri translatum esse, & ejus anniversariam solemnitatem cum pernoctatione celebratam, testatur ipse Joan. Diaconus; paucis tamen interjectis, Ante annum Octingentesimum tradit, D. Gregorium sacris tabulis additum suadet decretum Concilii Chlovesbodiensis Anno 747. Can. 17. ubi precipitur Natalitia PP. Gregorii celebrari. In Notis ad d. IV. Id. Martii, fol. 377. colligit, illum esse ante annum 747. in Sanctorum numerum relatum, cum Codex Epternacensis seu Antwerpensis, qui tempore S. Willibrordi exaratus esse dicitur, ejus Natalem quoque commemoret. Meminit quoque nostra Membrana Oulix, Eucharii, Willibrordi, Bonifacii, Otmari, atque Walburgæ, qui verò omnes VIII. Seculo inter vivos esse desierunt. Deinde Cal. Novembr. Festa omnium Sanctorum memorantur, quorum institutio in Seculum IX. incidit, de quo audire lubet Polydorum Vergilium, lib. VI. de invent. rerum, cap. 8. *Is enim, Bonifacius IV. Pantbeon, Vetustum M. Agrippæ opus, D. Mariæ Virginis, atq; Divis omnibus, Phoca Imperatoris permissu, ad IV. Id. Maji, sacravit, & Gregorius IV. fertur auctor fuisse, ut id Sacrum Calendis Novembris celebraretur.* Magdeburgenses Cent. IX. cap. VI. fol. 259. *Omnium Sanctorum Festum, referunt, in Gallia & Germania à Ludovico imperatur celebrari Calendis Novembris, Anno Domini 835. Sigebertus, cum hæcenus per annos 220. III. Id. Maji fuisset observatum, Martinus in Vita Gregorii IV. Item XV. Cal. Aug. Leonis IV. qui Anno 855. vixit, & VI. Non. Julii S. Vodalrici Confessoris meminit, is est Huldricus, vel ut vulgo vocatur, Udalricus, Ecclesiæ nostræ*
 Augu-

Augustanæ Episcopus, qui secundum Æneam Sylvium & Appendicem Hist. Lomb. legendâ 196. Seculo IX. sed juxta alios X. Seculo vixit, & per Johannem Romanum Pontificem in Divorum consortio locum accepit Ann. 992. ut in Historia Bambergensi annotatur, Magdeb. Cent. X. cap. VI fol. 331. & quæ sunt loca alia, quæ Martyrologium hoc recentioris esse ævi convincunt.

§. II. Ecquid verò ad hæc, quæ Martyrologium hoc recentioris esse ævi coarguunt, loca est reponendum? Num dicemus de nostro, quod Bollandus in Præfat. ad Abbatem Latientem cap. IV. §. 4. fol. 46. de S. Willibrordi Epternacensi, & Florentinius de edito abs se vetustiori Ecclesiæ Occid. Martyrologio asserunt, *multa postea adjecta* passim fuisse? Sed obstat, quod eodē prorsus Characterē Martyrologiū, dico Martyrologium, Necrologiū enim aliā atque diversa manu est exaratum, de quo suo loco) totum sit conscriptum! Quod hac in re sentio, illud est: Autographum, ex quo, non tamen inmediate, Nostrum est desumptum Apographum, Seculo VII. exaratum fuisse, nam de hoc dubitare vetamur nostræ membranæ clausulâ superius citatâ; ex altero vero exemplo, quod per bina vel trina etiam secula à diversis est interpolatum atque auctum, nostrum esse descriptum Codicem: ut ita Primus Martyrologii hujus Auctor VII. Librarius verò membranæ nostræ Decimo Seculo vixisse videatur.

CAP. IV.

DE

POSSESSORE.

§. I.

Cui vero Martyrologium hoc descriptum olim atque usurpatum est Ecclesiæ? Nam proprium atque peculiare fuisse certæ cuidam Ecclesiæ, non finit nos dubitare ad-

D 3

jectum,

jectum Necrologium, in quo ab initio statim ad d. III. Cal. Jan. hæc sunt annotata: *Ludewich, qui pro remedio anime sue & Uxoris sue, Lugardis, contulit huic ECCLESIE curtim &c.* & ad diem VI. Calend. Novemb. hæc leguntur: *Engilrat dedit jugeram unam ad istam ECCLESIAM*; quæ verò sit hæc Ecclesia, in ipso Martyrologio non est expressum.

§. 2. Presbyterorum juxta atque Monachorum dies anniversarii in eo annotantur, ut videri possit, Presbyteros & Monachos hîc cohabitavisse; Presbyteri nominantur *Adelhelmus, Amezzo, Cezolfus, Giselbrecht atq; Landolt*: & Monachi *Folgerni, Ribpert atque Voto*. Quos verò, evolvens Magdeburgensium Centurias VIII. IX. X. XI. XII. & XIII. investigare non potui: Adelhelmus Diaconus fuit Ecclesiæ Moguntinæ Seculo IX. Giselbertus, Episcopus Rofensis, Cent. XII. memoratur. Landoaldi, Archipresbyteri Trajectensis, meminit Browerus in Annalibus Trevirensibus, fol. 354. & Molanus, in Indiculo Sanctorum Belgii; qui verò dubio procul diversi sunt ab iis, qui hîc memorantur.

§. 3. Observo Florentinum loc. cit. Admonit. VI. fol. 30. ex iis, quod in edito Martyrologio die 3. Septembris, *In Aquileja ingressio reliquiarum SS. Andrea Apost. Luca & Jobannis, Dein Ravennæ Episcoporum natales dies diligentius; quàm reliquiarum Italie Urbium; porro res ad Fontanella in Gallia Cœnobium spectantes, dedicatio præsertim Ecclesiæ illius, & minutiora quadam de S. Ausberto Episcopo, cum frequenti memoria illius Cœnobii Beatorum, atque tandem crebræ Sanctorum Ecclesiæ in Gallia Lugdunensi Antissiodorensis memoriæ annotentur, colligere, Martyrologium, quod publicavit, Aquileja olim & Ravennæ in Italia, atque in Gallia Fontanella atque Antissiodori hæsisse, & à Monachis Clericisque dictorum locorum augmenta accepisse: Simili igitur modo & nos colligamus licet, Martyrologium, quod damus, in Francia Germaniavæ nostra, *Turonis, Metis, Treviri, Alitona* in Territorio Argentoratensi,*

ratenſi , alibiſque locorum uſurpatum antiquitùs fuiſſe , quoniam purpuratis Literis , (perinde atque Sanctorum Apoſtolorum aliiq; dies feſti) Mauriti , Lucie , Paulini , Otilie natales dies ſunt annotati , quorum reliquie Turonis , Metis , Treviri , Altitonæ aſſervari dicuntur , quemadmodum Gregorius Turonenſis Hiſt. Franc. lib. X. cap. 31. apud Baronium in Annot. ad diem 22. Septembr. & Sigebertus , de Viris Illuſtribus , cap. ult. apud Molanum in Annot. ad 13. Decemb. atque Idem loc. cit. apud Baronium in Annot. ad 31. Auguſti referunt . Licet enim SS. Martyres ab omnibus in univerſum Eccleſiis memorentur , eorum tamen memorie apud eas Eccleſias , quæ reliquias eorum aſſervabant , ſolemniore , quorundam etiam peculiare fuerunt , quemadmodum hodieque in Miſſalibus & Breviariis ſingularum Eccleſiarum ii Sancti rubricâ exprimentur , qui domeſtici ſunt , & quodammodo appropriati . Confer. infra cap. VI. §. 3. Ut tamen addubitem , Martyrologium noſtrum Turonenſis Eccleſie fuiſſe , facit , quod Martini , Epiſc. Turonenſis , feſtus dies non ſit annotatus rubricâ , qui tamen in Ru- nico Calendario , apud Maurolyum , Galeſinium , Thummium &c. inter feſtos dies recenſetur .

§. 4. Veteris Francie , vel , quod malo , Germanice cu- juſdam Eccleſie uſui martyrologium hoc antehac inſerviſſe , ex eo etiam conſpicere licet , quia Annum à 25. Decembr. ritu Angliſ , Daniſ , ut & Germanis , Francisque recepto , adeoque à feſto Nata- litio , *Mædrenech* , Anglo-Saxonice ſeu Germanice dicto , incipit , vid. quæ capite ſuperiori diximus . Præterea Propria , quæ in Necrologio occurrunt , nomina ; Marium juxta atque femina- rum , Germanica eſſe , laudatis Nationibus uſitata , nemo inſitiari poteſt . Obſervo tamen , Argentorateneſes Epiſcopos atq; Sanctos dili- genter admodum annotatos eſſe , Aureliam , Arbogaſtum , Floren- tium , Attalam , paucis aliis memoratam , & Otiliam , etiam ru- bricâ notatam ; conjectura igitur mea eſt , martyrologium hoc noſtrum

nostrum Ecclesiæ vel certè Diœcesis Argentoratensis olim fuisse, præsertim cum, ut statim dicemus, inde membranam fuerimus nacti.


§. 5. Utut verò Martyrologium hoc certæ cuidam, seu Francicæ, seu quod malo, Germanicæ Ecclesiæ peculiare fuerit, quæ Necrologium, & Martyrologii quoque aliquam, minimam tamen, partem, quod Valesius Calendarium vult vocari, in Dissertat. de Martyrol. Rosweydiano, commune tamen idem fuit quæ maximam Martyrologii partem, totius Ecclesiæ seu Francicæ, seu Germanicæ, imò Universæ Latinæ Occidentalis; quæ idèò annotamus, ne quis forte nobis vitio vertat, Martyrologium hoc in frontispicio libelli Ecclesiæ Germanicæ nobis dictum esse.

§. 6. Sed instes: Atqui Bonifacius Germanorum Apostolus vulgò audit, qui verò Seculo VIII. ad convertendos Germanos missus fuit; qui igitur Martyrologium hoc, quod, ut dicitur, VII. jam Seculo primùm consignatum fuit, Ecclesiæ Germanicæ vocari potest, quæ ante Bonifacii, Apostoli, adventum nulla fuit? Sed responderetur: jam ante adventum Bonifacii in Germania nostra Ecclesias, aliorum præconio hinc inde plantatas, fuisse, vid. Christ. Lehmannus in Chron. Spirensi lib. I. cap. 28. Joan. Henricus Urfinus, lib. II. cap. I. de Ecclesiarum Germanicarum origine atque progressu, & Dn. Joannes Schilterus lib. I. cap. IV. de Libertate Ecclesiarum Germanicarum; unde, ne longè abeamus, in hoc ipso Martyrologio, Paulinus Trevirensis, Adelphus Metensis, Aureus Moguntinus, Arbogastus Argentinensis, aliiq; Germaniæ S. Bonifacio priores, recensentur. Neq; verò, quæ hîc asseruimus, de Autographo seu Prototypo, quod VII. conditum est Seculo, intelligi volumus, sed de Apographo, VIII. IX. vel etiam seculo X. descripto, imò Necrologium, in quo Ecclesiæ, tanquam Possessoris, mentio fit,

&

& Germanica defunctorum nomina habentur, XI. vel posteriori etiam seculo literis esse consignatum, si quis contendat, repugnantes nos haut habebit. Monachos in urbem Argentinam (si tamen ejus Ecclesiæ membrana hæc fuit) anno demum 1273. receptos esse, Magdeb. Cent. XIII. fol. 1059. tradunt.

§. 7. Nuperrimè membrana hæc delituit Argentorati, quò fortassis à Trevirensi vicina, vel alia Ecclesia Germanica, retrolapsis annis vel seculis est delata; Hinc ante biennium, cum multis aliis membranis huc, Augustam, est advecta, in eum finem comparata, ut aurum argentumque eâ involvendum malleo in tenuissimas laminas contunderetur: ab incude ego eripui, & ab instante jamjam interitu vindicavi, unà cum fragmento Martyrologii Alsaticæ cujusdam Ecclesiæ, Seculo XII. à Carolo quodam, Præposito, fundatæ. Ne verò invento inter quisquilias thesauro tam pretioso solus gauderem, vel tam insignis Vetustatis Monumentum, quod aliquandiu in tenebris delituit, cum blattis decertans, nuper verò à præsentissimo periculo liberatum, intercideret, tot jam seculis superstes, publicare, cum omne bonum sui communicativum sit, volui, quod etiam Lectorem benevole esse accepturum, omnino spero.



E

CAP.

CAP. V.
DE
CALENDARIO.

§. I.

ATque hæc quidem hætenus præfari placuit, nunc ipsum Martyrologium explicare aggrediamur. Primum, quod occurrit, Calendarium est: ita apud Romanos expensæ concreditaque pecuniæ liber olim dictus fuit, posteriori verò ætate vox hæc à Christianis ad Tabulas Ecclesiasticas atque Fastos est translata, eaque illorum pars hoc nomine indigitata est, quæ primò aureum numerum, deinde literas Dominicales, & denique Calendas, Nonas atque Idus, atque eas quidem rubricâ annotatas, exhibet. Pridie Iduum Decembr. aureum numerum X. in Membrana nostra deprehendes, qui apud Bedam in Ephemeride, & alios est XII. accuratius conferenti nostrum Calendarium cum aliis plures fortassis discrepantiæ observabuntur. Commendat verò Wilhelmus Durandus, de Computo & Calendario tractatum, *pulcherrimus*, inquit, *est liber iste*, (VII. v^o nos dicimus, caput istud V.) *& Clericis & Laicis necessarius valde*. Calendario, quod hic exhibetur, Romano, ut aliorum recurrentum non sit, è regione Modernum adjungi visum est.

CALEND.

Roman.	Moder.	Roman.	Moder.	Roman.	Moder.
Januar.		Februar.		Mart.	
Cal.	1	Cal.	1	Cal.	1
IV.	2	IV.	2	VI.	2
III. } Non.	3	III. } Non.	3	V. } Non.	3
Pridie }	4	Pridie }	4	IV. }	4
Nonæ }	5	Nonæ }	5	III. }	5
VIII. }	6	VIII. }	6	Prid. }	6
VII. }	7	VII. }	7	Nonæ }	7
VI. }	8	VI. }	8	VIII. }	8
V. } Idus.	9	V. } Idus.	9	VII. }	9
IV. }	10	IV. }	10	VI. }	10
III. }	11	III. }	11	V. } Id.	11
Pridie }	12	Pridie }	12	IV. }	12
Idus }	13	Idus }	13	III. }	13
XIX. }	14	XVII. }	14	Prid. }	14
XVIII. }	15	XV. }	15	Idus. }	15
XVII. }	16	XIV. }	16	XVII. }	16
XVI. }	17	XIII. }	17	XVI. }	17
XV. }	18	XII. }	18	XV. }	18
XIV. }	19	XI. }	19	XIV. }	19
XIII. }	20	K. }	20	XIII. }	20
XII. }	21	IX. }	21	XII. }	21
XL. }	22	VIII. }	22	XI. }	22
X. }	23	VII. }	23	X. }	23
IX. }	24	VI. }	24	IX. }	24
VIII. }	25	V. }	25	VIII. }	25
VII. }	26	IV. }	26	VII. }	26
VI. }	27	III. }	27	VI. }	27
V. }	28	Pridie }	28	V. }	28
IV. }	29			IV. }	29
III. }	30			III. }	30
II. }	31			Prid. }	31

Calend. Martii.

Calend. Februar.

Calend. April.

E 2

Roman.	Moder.	Roman.	Moder.	Roman.	Moder.
	<i>April.</i>		<i>Majus.</i>		<i>Jun.</i>
Cal.	1	Cal.	1	Cal.	1
IV.	2	VI.	2	IV.	2
III. } Non.	3	V. } Non.	3	III. } Non.	3
Pridie } Non.	4	IV. } Non.	4	Pridie } Non.	4
Nonæ.	5	III.	5	Nonæ	5
VIII. }	6	Prid. }	6	VIII. }	6
VII.	7	Nonæ	7	VII.	7
VI.	8	VIII. }	8	VI.	8
V. } Idus.	9	VII. }	9	V. } Idus.	9
IV.	10	VI.	10	IV.	10
III. }	11	V. } Id.	11	III. }	11
Pridie }	12	IV. }	12	Pridie }	12
Idus	13	III.	13	Idus	13
XVIII. }	14	Prid. }	14	XVIII. }	14
XVII.	15	Idus.	15	XVII.	15
XVI.	16	XVII. }	16	XVI.	16
XV.	17	XVI.	17	XV.	17
XIV.	18	XV.	18	XIV.	18
XIII.	19	XIV.	19	XIII.	19
XII.	20	XIII.	20	XII.	20
XI. } Calend. Maii.	21	XII. }	21	XI. } Calend. Junii.	21
X. }	22	XI. }	22	X. }	22
IX. }	23	X. }	23	IX. }	23
VIII. }	24	IX. }	24	VIII. }	24
VII. }	25	VIII. }	25	VII. }	25
VI. }	26	VII. }	26	VI. }	26
V. }	27	VI. }	27	V. }	27
IV. }	28	V. }	28	IV. }	28
III. }	29	IV. }	29	III. }	29
Prid.	30	III.	30	Pridie	30
	31	Prid.	31		

Roman.		Moder.	Roman.		Moder.	Roman.		Moder.
Jul.			August.			Septemb.		
Cal.		1	Cal.		1	Cal.		1
vi.	} Non.	2	iv.	} Non.	2	iv.	} Non.	2
v.		3	iii.		3	iii.		3
iv.		4	prid.		4	prid.		4
iii.	} Nonæ	5	nonæ	} Nonæ	5	nonæ	} Nonæ	5
prid.		6	viii.		6	viii.		6
nonæ		7	vii.		7	vii.		7
viii.	} Idus	8	vi.	} Idus	8	vi.	} Idus	8
vii.		9	v.		9	v.		9
vi.		10	iv.		10	iv.		10
v.	} Idus	11	iii.	} Idus	11	iii.	} Idus	11
iv.		12	prid.		12	pridic		12
iii.		13	idus.		13	idus		13
prid.	} Idus	14	xix.	} Idus	14	xviii.	} Idus	14
idus		15	xviii.		15	xvii.		15
xvii.		16	xvii.		16	xvi.		16
xvi.	} Idus	17	xvi.	} Idus	17	xv.	} Idus	17
xv.		18	xv.		18	xiv		18
xiv.		19	xiv		19	xiii		19
xiii.	} Idus	20	xiii.	} Idus	20	xii.	} Idus	20
xii.		21	xii.		21	xi.		21
xi.		22	xi.		22	x.		22
x.	} Idus	23	x.	} Idus	23	ix.	} Idus	23
ix.		24	ix.		24	viii.		24
viii.		25	viii.		25	vii.		25
vii.	} Idus	26	vii.	} Idus	26	vi.	} Idus	26
vi.		27	vi.		27	v.		27
v.		28	v.		28	iv.		28
iv.	} Idus	29	iv.	} Idus	29	iii.	} Idus	29
iii.		30	iii.		30	pridic		30
pridic		31	prid.		31			

<i>Roman.</i>	<i>Moder.</i>	<i>Roman.</i>	<i>Moder.</i>	<i>Roman.</i>	<i>Moder.</i>
	<i>Octob.</i>		<i>Novemb.</i>		<i>Decemb.</i>
Cal.	1	Cal.	1	Cal.	1
VI.	2	IV.	2	IV.	2
V.	3	III.	3	III.	3
IV.	4	Prid.	4	Prid.	4
III.	5	Nonæ	5	Nonæ	5
Prid.	6	VIII.	6	VIII.	6
Nonæ	7	VII.	7	VII.	7
VIII.	8	VI.	8	VI.	8
VII.	9	V.	9	V.	9
VI.	10	IV.	10	IV.	10
V.	11	III.	11	III.	11
IV.	12	Prid.	12	Pridie	12
III.	13	Idus.	13	Idus	13
Prid.	14	XVIII.	14	XIX.	14
Idus	15	XVII.	15	XVIII.	15
XVII.	16	XVI.	16	XVII.	16
XVI.	17	XV.	17	XVI.	17
XV.	18	XIV	18	XV.	18
XIV.	19	XIII.	19	XIV	19
XIII.	20	XII.	20	XIII	20
XII.	21	XI.	21	XII.	21
XI.	22	X.	22	XI.	22
X.	23	IX.	23	X.	23
IX.	24	VIII.	24	IX.	24
VIII	25	VII.	25	VIII.	25
VII.	26	VI.	26	VII.	26
VI.	27	V.	27	VI.	27
V.	28	IV.	28	V.	28
IV.	29	III.	29	IV.	29
III.	30	Prid.	30	III.	30
Pridie	31			Pridie	31

Calend. Novembris.

Calend. Decembris.

Calend. Januarii.

§. 2. Velim autem Mathematicum Cultores observare ad
 d. VI. Calend. April. hæc verba in membrana nostra addita esse:
Resurrectio Domini nostri JESU Christi, ibique adscripta est litera
 B. unde infertur, eo anno literam Dominicalem B. fuisse. Quo
 animadverso speravi, hoc Duce atque Indice, non solum ætatem,
 sed & annum Martyrologii conscripti investigaturum me esse. De-
 prehendi verò post multos exantlatos labores, hypogrammon seu
 formulam, atque normam communem, superiori ævo fuisse, quæ
 vulgò ab Ecclesiarum Episcopis atque Presbyteris est descripta, un-
 de in Beda quoque in Ephemeride fol. 194. legitur: B. VI. Cal. April.
Resurrectio Domini, confer. Martyrol. ejusd. & Notkeri. Et in ve-
 tutiori Ecclesiæ Occidentalis Martyrologio, à Florentinio publi-
 cato, VI. Cal. Aprilis: *In Hierosolymis Resurrectio Domini nostri Jesu
 Christi*, qui in notis fol. 406. scribit: *in idem convenire Antverpien-
 se vetustissimum, Corbejense & Hieronymianum Codicem, MS. Regina
 Suecicæ, Calendarium Hieron. Lucense per antiquum, & inter edita Be-
 dam, Notkerum, alios.* Dum verò evolvo Circulos Decennovenna-
 les secundum Dionysium Romanum apud eundem Bedam, fol.
 258. & seqq. totumque ejus Cyclum Paschalem Magnum percur-
 ro, non nisi V. annos reperire possum, in quibus dies Dominicalis
 B. fit, & Pascha in VI. Cal. April. inciderit: sunt illi Anni post Chri-
 stum natum CCCXLIII. & CCCLIV. in circulo XIX. in cir-
 culo verò sequenti XX. Annus Domini CCCLXV. & in cyclo
 XXIV. annus CDXXXVIII. & CDXLIX. Quia autem anno
 Christi CCCLIV. ut & CDXLIX. Plenilunium Mensis Martii,
 seu decima quarta luna, adeoque terminus Paschalis, in diem IX.
 Cal. April. id est 24. Martii, anno autem CCCLXV. in diem XI.
 Cal. April. hoc est, 22. Martii incidit, quemadmodum ex Cyclo
 Dionysiano, & calculatione inita, patet: In Calendario verò no-
 stro ad diem VIII. Calend. April. sive 25. Martii annotatum est:
Crucifixio Christi, & apud Bedam loc. cit. *Dominus crucifixus est*,
 id quod feriâ VI. decimâ quartâ lunâ accidit, hinc Prototypum
 Ca-

Calendarium, ex quo nostrum, & Bedæ, ut & omnia istius ætatis alia, sunt descripta, Anno Domini CCCXLIII. post Concilium Nicenum, vel certè Anno Christi CDXXXVIII. à Cyrillo Alexandrino literis consignatum esse, colligo: istis enim annis decima quarta luna seu terminus Paschalis in prædictum diem VIII. Calend. April. aut 25. Martii incidit, quemadmodum ex Cyrilli, Dionysii atque Bedæ Cyclis seu Circulis Paschalibus est videre, & ex subiecto Astronomico Computo etiam liquet:

Annus Christi, 343.

1. additur.

Dividuntur per 19. $\overline{344} | 18.$
 18 (2. annus cycli
 Novendecennal.

quòd si binarium hunc, ex divisa summa superstitem, in Calendario Juliano à Domino Erhardo Weigelio, pag. 42. Speculi Temporis civilis exhibito, in Mense Martio inquiras, reperies Novilunium post Æquinoctium vernalium primum isthoc anno duodecimo Martii die accensum esse, quibus si addas 14. dies, duodecimo tamen Novilunii die connumerato, erit d. 25. Martii, quarta decima Lunæ. Similis ratio est anni 438. Est vero 25. dies Martii in Calendario litera G. notata, quæ fuit feria VI. & triduo post Pascha, quippe B. litera Dominicalis fuit. Annus cycli Novendec. XIX. ni & XXIV. ti Secundus, Solaris verò, ut colligo, XVI. rº & XXVII. mº fuit, quemadmodum ex inita ratione computandi à Durando lib. VIII. c. 5. prodita patet. Dionysii & Bedæ Circuli habent Cyclum Lunarem XVIII. Rationem tamen computandi aliam Beda in compute de ratione Embolisimorum, fol. 254. istiusmodi annum, cujusmodi in nostro calendario ratione feriarum Calendarum singulorum XII. mensium describitur, non nisi V. tum, XI. tum & XXII. dum Cycli Solaris esse asserit; sed ejus cycli non sunt tam

accura-

aeurati, & partim temporum injuriâ & descriptorum inscitia depravati, partim interierunt, testante ipsomet Joan. Noviomago in præmissa præfatiuncula ad Lectorem. Videri etiam possit, 1. annum à Christo nato innui, in quo terminus Paschalis in 8. Calend. April. & Dominica Paschæ in VI. Calend. April. inciderunt; sed tamen tunc litera Dominicalis non B. sed C. fuit, quemadmodum ex cyclo Dionys. l. c. est videre. Secundum præfationem Studiosi cujusdam, Circulis Dionysianis apud Bedam fol. 256. præfixam, Anno Domini 34. qui Passionis Domini erat, XIV. Luna VIII Cal. April. fuit. Confer. Cassiodori Chron. Laterculus Silvii, & Martyrologia Uuardi, Rabani, Notkeri & Gellonense, atque ita sentit Florentinius loco cit. in Notis ad Vetusius Martyrologium VIII. Calend. Aprilis, & in Exercitatione annexa, fol. 399. & seqq. imprimis verò fol. 402. In Cyclis Dionysii atque Bedæ ad dictum annum XXXIV. qui Passionis Domini est, quarta decima luna XII. Calend. April. contigisse traditur, est falsò; reclamant enim omnia Martyrologia vetusta, vide etiam præfationem laudatam: quæ res multis imposuisse, Baronium quoque perplexum reddidisse videtur. *Quod autem VIII. Calend. April. crucifixus, VI. Calend. eorundem die resurrexerit, multorum late Doctorum Ecclesiasticorum constat sententiâ vulgatum*, v. g. Augustini & Chrysostomi, apud Sethum Calvisium, Isagoge Chron. cap. 48. Beda ipse diffiteri non potest in libro de Temporum ratione, cap. 45. *His igitur, scribit, ita se habentibus, annum Passionis Dominice diligenter inquirere, nec ignota querendi via est, si non computus errat alicubi.* Errat tamen, uti addit Bridefertus Ramesiensis, Glossator, quod agnovisse Beda ipse videtur, caput 45. concludens: *Sin vero annum, qualem quærebam in loco, quem putabas, invenire non poteris, Chronographorum incuria adscribe.*

§. 3. Ad Calendarium reliqua quoque Annotata Mathematica referimus, annum, quatuor tempora, Lunam atque Dies spectantia.

§. 4. De Anno superiori cap. III. §. 2. observavimus, ejus exordium, antiquiori Ecclesiæ ritu, in Codice nostro MS. à XXV. Decembris deduci, de quo præter citatos Florentinius loco allegato, Exercitat. II. de Natalis Dominici celebritate ejusque origine & pervigilio, fol. 195. est consuevndus.

§. 5. Ad diem XI. & IX. Calend. April. duo Canones Cyclico-Mathematici in Membrana nostra sunt annotati, quorum prior est: *Quæ Luna in isto Calendarum constat, hanc Epactam habe in ipso anno.* Alter verò: *Quota Februarii istud Calendarum est, tot Concurrentes habentur.* Gemina his leguntur apud Bedam in Ephemeride, fol. 194. ad XI. Kalend. April. quidem: *Sedes Epactarum.* ad IX. verò Kalend. April. *locus Concurrentium.* Et de Embolismo, fol. 228. prior regula plenius traditur rubricâ de Epactis' inveniendis: *Item, docetur, omni anno, quota luna in XI. Calendarum Aprilis est, tota eodem anno Epacta erit.* Et fol. 321. inter Canones Cyclorum: *Si vis, Beda docet, scire, quota sit Epacta anno, quæ volueris, computa, quota sit luna in XI. Calend. April. & ipsa Luna erit Epacta.* Cùm verò Anno 343. & 438. decima quarta luna fuerit VIII. Calend. April. ut superius est demonstratum, sequitur, die XI. Calend. April. Undecimam Lunam fuisse, & per consequens XI. quoque Epactam, quæ ad dictos annos in Cyclis Dionysii atque Bedæ etiam est annotata. Alter Canon nonnihil obscurus est, hoc autem, si rectè assequor, vult dicere: quot literis seu feriis à IX. Cal. April. Calendæ Februarii distant, tot sunt Concurrentes, v. g. hîc IX. Kalend. Aprilis est litera F. Kalend. Februarii est D.

1. F.
2. G.
3. A.
4. B.
5. C.
6. D.

VI. igitur sunt Concurrentes. Et certè annus, qui ratione feriarum Calendarum mensium ita, ut hîc descriptus, est comparatus, VI. Concurrentes habet, ut est apud Bedam de Embolismo, fol. 254. Et fol. 321. hunc

hunc Canonem tradit : *Si vis scire, quid sit CONCURRENS, sume circulum solarem, & quartam ejusdem numeri ipsi adjicias, partire per VII. & quot remanent, tantus est concurrens in IX. Calend. Aprilium.* Circulus verò solaris anni 343. est XVI. tus, cui addo quartam hujus numeri partem, quæ est IV. emergunt XX. quæ per VII. divisa, ostendunt VI. concurrentes; Inclusive quidem, hoc est annumerando terminum à quo, diem seu feriam F. IX. Calend. April. exclusive vero non sunt nisi V. hoc modo :

F. Atq; ita computârunt Dionysius atque
 1. G. Beda in cyclis, ad annos 343. & 438. ubi
 2. A. V. duntaxat concurrentes numerârunt.
 3. B. Quod etiam patet ex inittä Calculatione:
 4. C. Circulus Solaris aâni 438. est XXVII m^o
 5. D. cui addo quartam hujus numeri par-
 tem, VI. quæ conjunctim faciunt 33. ex quibus per septem divisis,
 relinquuntur V. concurrentes. Beda loco cit. fol. 321. aliam quo-
 que computandi rationem tradit: *Si nosse vis adjectiones i. e. Con-
 currentes septimanae dies, sume annos ab incarnatione Domini, quot
 fuerint, & annorum, qui fuerunt, quartam partem semper iis adde,
 bis adde regulares quatuor, (quia quinque concurrentes fuerunt
 Nativitatis Domini) hos partire per VII. remanent Epacta Solis, i.
 e. concurrentes Septimanae dies, quæ paulo post (confusus enim tra-
 ctatus ille est) repetitur. v. g.*

7	3	Annus Christi
85		
343		
428		
4		
7 332 61		
85	Concurrentes.	
	F 2	

Potest hoc et-
 iam sciri ex
 anno Cycli
 solaris, XVI.
 tum enim &
 XXVII m^o
 annum cycli
 il-

Si-

Simili modo :

2	* 3 8	Annus Christi
	* * *	1 0 9
		4 3 8
		5 4 7
		4
	7 5 5 x	7 8
		6 5 — Concurrentes.

illius semper V. concurrentes comitantur ; item ex litera Dominicali B. quæ nunquam non V. concurrentes admittit , vid. Durandus libro VIII. Rationalis div. offic. cap. 5.

§. 6. Sed pergendum aliquando est ad *IV. anni tempora*, quæ Coluri Æquinoctiorum & Solstitiorum constituunt ; inter quæ primum est Ver seu Æquinoctium VERNUM. Hoc diversimodè annotatum hîc reperitur : Primò quidem ad VIII. Calend. Martii sive 22. diem Februarii : *Ver Oritur*. Deinde ad XVI. Calend. Aprilis seu 17. Martii diem legitur : *Æquinoctium est*. Et die insequenti 18. Martii : *Prima dies Seculi*, (Mundum conditum esse volunt mense Martio, cum R. Josua; R. Elieser autem mense Septembri conditum esse contendit) quæ diversitas ex divortio sententiarum orta est, & à venerabili Beda quoque est annotata in Ephemeride , ad IX. Calend. Martii, id est 21. Februarii diem traditur : *Veris Ortus, secundùm Isidorum*, Hispalensem, ut puto, in cujus tamen Etymologiis id reperire non possum. Idem Beda ad XV. Calend. April. seu 18. Martii diem annotat: *Sol in Arietem. Primus dies seculi*. ad XII. Calend. earundem, hoc est, 21. diem Martii: *Æquinoctium*, scribit, *secundùm Orientales*. Et ad IX. Calend. dictarum diem, qui est 24. Martii, docet : *Æquinoctium, juxta quosdam*. Secundùm Recentiores Æquinoctium VERNUM isthac ætate, tempore Niceni Concilii, Anno Domini 325. XII. Calendar. April. id est, 21. Martii die contigit ; ut Æquinoctium

noctium Vernum ad diem 17. vel 18. Martii annotatum esse Se-
culo VI. finiente, vel inchoante VIII. videatur. Juxta Cl. V. Se-
thi Calvisii Tabulam primam Annorum tropicorum æquabilium,
cap. X. Isagoges Chronolog. Anno Domini XXXIV. die 22.
Martii, feriâ I. ☉, horâ ferè XII. meridianâ, Æquinoctium Ver-
num contigit, quo anno litera Dominicalis D. Cyclus verò ☉,
xlv. fuit. Anno cccxlii. accidit Æquinoctium Veris, die
21. Martii, feriâ II. ☽. horâ 3. pomeridiana, litera Dominic.
fuerat B. Cyclus ☉ XVI. Anno denique Christi cdxviii.
Æquinoctium Nisan seu Martii contigit die 20. Martii feriâ I. ☉.
horâ itidem 3. post meridiem, litera Dominic. rursus B. fuit, &
cyclus ☉. numero XXVII. m^o quæ duæ posteriores calculationes
nostro Calendario congruunt.

§. 7 Æquinoctium Autumnale dupliciter quoque anno-
tatur, ad VIII. enim Calend. Septembr. seu 25. Augusti scriptum
est: *Autumnus oritur.* ad xli. verò Calendarum Octobrium vel
20. Septemb. annotatur, *Æquinoctium*, quod ab Æquinoctio su-
periori verno, ad diem 18. Martii annotato, diebus 186. feriis
4. rectè distat. Hanc sententiarum diversitatem Beda Presbyter
quoque loco cit. assignavit, ad X. Calend. Septembr. vel 23.
Augusti diem scribens: *Autumnus oritur, juxta quosdam.* Pau-
lò tamen post, *Æquinoctium Autumnale, secundum Orientales*, ad
XIII. Calend. Octobr. seu 19. Septembr. rectius referens. Juxta
tabulam laudatam Calvisianam Anno Christi 34. die 25. Septem-
bris, feriâ VI. B. Anno autem 343. die 24. Septembris, feriâ VII.
A. & denique Anno Domini 438. die 23. ejusdem Mensis feriâ VI.
G. Æquinoctium autumnale incidit, & quidem Annis 343. & 438.
feriæ hîc assignatæ nostro Calendario conveniunt, non item feriæ
anni 34. ti, quo Dominus est passus.

§. 8. *Solstitium* Brumale ad XII. Calend. Januarii vel diem
21. Decembr. est annotatum, ad quem & Beda scripto configna-
tum reliquit: *Solstitium hyemale.* Biduo tamen ulterius prolatum
esse

esse videtur. Anno Christi 34. Bruma in diem 23. Decembris, feriam IV. E. Anno autem 343 in 22. ejusdem Mensis diem (qui juxta Calendarium vetus Julianum solstitio hyberno vulgò assignatur) feriam V. F. Anno denique 438. in diem 21. Decembris feriam IV. E. quæ posteriores feriæ Calendario nostro congruunt, incidit.

§. 9. Ab initio cujusque Mensis numerus dierum tam Solarium, quàm Lunarium indicatur. *Luna in Martyrologio pro die ponitur*, ut Cardinalis Baronius in Notis ad Calend. Januar. docet, & nonnullis deinde productis exemplis confirmat, paulò post scribens: *Quod autem Antiqui Patres, ac ipsa denique Ecclesia Catholica mensis lunaris dies, Lunam potius quam diem dixerunt: ea de causa id factum apparet, ut distinguerentur dies Mensum lunarium, à diebus Mensum Solarium, ut, sicut sunt inter se diversi, ita, ne confusio nominum fieret, esset & distincta utriusque nomenclatura.* Quemadmodum igitur anni, ita & menses, Solares & Lunares, sunt diversi, prout ex sequenti schemate liquet:

Mensis	Januarius	habet dies	31.	Lunam	30.
	Februarius	- -	28.	-	29.
	Martius	- -	31.	-	30.
	Aprilis	- -	30.	-	29.
	Majus	- -	31.	-	30.
	Junius	- -	30.	-	29.
	Julius	- -	31.	-	30.
	Augustus	- -	31.	-	29.
	September	- -	30.	-	30.
	October	- -	31.	-	29.
	November	- -	30.	-	30.
	December.	- -	31.	-	29.

Constat Annus Solaris 365. Lunaris 354. diebus.

Dies

Dies Solares his comprehensi sunt versiculis :

Junius, Aprilis, September, Novemberque tricenos,
Plus unum reliqui : sed habet Februs octo vicenos :
Cui, si Biffextus fuerit, superadditur unus.

Lunares verò hęc tetraſticho ſunt incluſi :

Luna paris menſis nunquam trigefima fiet,
Impar triceno nunquam fine fine carebit.
Tempore biſſexti Febri triceſima luna eſt.
Nam Julii luna tunc eſt viceſima nona,

ex quo inſimul apparet, annum, qui in Calendario hoc deſcriptus eſt, haut biſſextilem, ſed communem fuiſſe.

§. 10. In Calce membranæ noſtræ appenſa eſt tabula omnium xxx. lunationum altrologica, in qua ſignantur, quæ bonæ, quæ malæ, & quæ mixtæ ſunt, quam hic exſcribere non gravabor : Luna I. totâ die bonum eſt. Luna II. non eſt bonum. Luna III. ab hora tertia bonum eſt. Luna IV. in matutino bonum eſt. Luna V. non eſt bonum. Luna VI. inutile eſt. Luna VII. totâ die bonum eſt. Luna VIII. de nono (nonâ) uſq; ſero bonum eſt. Luna IX. non eſt bonum. Luna X. bonum eſt. Luna XI. non eſt bonum. Luna XII. bonum eſt. Luna XIII. ab hora nona bonum. Luna XIV. bonum eſt. Luna XVI. (XV.) non eſt bonum. Luna XVI. inutile eſt. Luna XVII. tota die bonum eſt. Luna XVIII. non eſt bonum. Luna XVIII. melior eſt. Luna XX. tota die bonum eſt. Luna XXI. in matutino bonum eſt. Luna XXII. ab hora quarta bonum eſt. Luna XXIII. ab hora quinta bonum eſt. Luna XXIV. bonum eſt. Luna XXV. non eſt bonum. Luna XXVI. bonum eſt. Luna XXVII. tota die bonum eſt. Luna XXVIII. tota die bonum eſt. Luna XXIII. (XXVIII.) non eſt bonum. Luna XXX. ſimiliter. Quodnam hujus Tabulæ Altrologiæ xxx. lunationum fundamentum ſit, & quæ æſtimatio, aliorum

rum iudicium esto, mihi Chaldaica, hoc est, superstitiosa esse videtur.

§. II. Coeterum quota sit luna, ex Calendario quotidie pronunciari, Ecclesiae ritus jam olim fuit. De S. Bernwardo, fide-ribus illustrium & SS. Virorum Germaniae Magnae à Christiano Browero inserto, qui Anno Domini 993. Episcopus Hildensensis, id est, Hildesheimensis Ecclesiae est ordinatus, refert in ejus vita Tangmarus, pag. 9. *Eum feriam quoque, & lunationem &c. quotidie recitari jussisse: ad quae Scholia adjecta, pag. 89. haec habent: Pronunciatio luna vel diei, ut & lunationis, in Martyrologio Ecclesiarum consuetudine frequentatur.* Franciscus Maurolycus, Abbas Messanenensis, post tabulam Festorum mobilium, juxta Usum Romanae Ecclesiae, Martyrologio praemissam, *Notandum, inquit, quod Martyrologium constat ex 365. lectionibus, quot sunt dies anni, quotidie autem ad Primam recitanda est lectio sequentis diei, & praemisso numero Calendarum, Nonarum, vel Iduum, pronuncianda est aetas luna per illum numerum, qui semper scribitur litera Martyrologii illius anni per praemissam regulam comperta.* Conferatur Joan. Molanus, in libro de Martyrologio, cap. XIV. v.g. in nostro Calendario die IV. Iduum Martii Luna I. die XI. Calend. April. Luna XI. die VIII. Calend. earundem Luna XIV. die VI. Calend. April. Luna XVI. &c. fuerat à Presbyteris pronuncianda.

§. 12. Pridie Idus Julii, id est, die 14. Julii, ante Margarethae diem natalem, sunt *Dies Caniculares*, juxta nostrum Calendarium, atque Bedam ibidem: *Dies Caniculares incipiunt.* Inde Distichon:

Incipiunt Julii pridie idus Caniculares:

Et pridie Nonas Septembris sine resultant.

Juxta recentiores inchoant ipso Margarethae die, quem in III. Idus hoc est, 13. Julii diem rejiciunt, unde Versus:

Margaris os canis est, caudam Laurentius adfert.

Secunda

Secundum aliquos verò incipiunt XIV. Calend. Augusti, vel 19. Julii die, prodente Durando, lib. VIII. divinorum officiorum Rationalis, cap. IV. in fine.

§. 13. Quinque annotantur in Calendario nostro *dies Ægyptiaci*: V. Non. Febr. V. Idus Martii. V. Non. April. III. Non. Septembr. & VII. Idus Octobris. *Illud autem notandum*, scribit Durandus, lib. VIII. cap. 4. *quod in quolibet mense sunt dies Ægyptiaci, id est, ab Ægyptiis deprehensi: in Ægypto enim erant quidam Astrologi, qui quasdam constellationes nocivas humanis actibus in illis diebus invenerunt, ideò, illas notas esse hominibus voluerunt: tamen illarum constellationum puncta scire propter errorem nostri computi non valemus &c.* Cælius Rhodiginus, *Lectio*num Antiquar. libro VIII. cap. 9. ubi de dierum observatione deque *postriduanis* vel *infaustis* diebus Philosophorum, *nostrates Plebei*, scribit, quibus sepe allinit aliquid *vetustas, deluxato verbo, Ægyptiacos etiam nuncupant, ab Ægypti, opinor, vanitate proclinato nomine.* Judæi etiam, qui illud fortassis ab Ægyptiis, cum quibus majores eorum cohabitavere, olim didicerunt, in suis Calendariis ejusmodi dies tristes, mensibus præsertim Tammus atque Ab, quibus varia majoribus eorum contigerunt mala, annotare consueverunt. Ab iisdem Ægyptiis cum Astronomia ad Romanos quoque observatio isthæc *dierum atrorum*, qui in Calendario veteri Romano annotantur, atq; hinc porro ad Christianos devenisse videtur; quæ verò rectè rejicitur, utpotè superstitiosa, à Divo Augustino, in *Enchiridio* pag. 239. *Aut, quærit, quis astimaret, quàm magnum peccatum sit, dies observare, & menses & annos & tempora: sicut observant, qui certis diebus sive mensibus sive annis volunt vel nolunt aliquid inchoare, eò, quod secundum vanas doctrinas hominum fausta vel infausta existiment tempora; nisi hujus mali magnitudinem ex timore Apostoli pexsaremus, qui talibus ait: timeo, ne fortè sine causa laboraverim in vobis, Galat. IV. 10. 11. confer. Deut. XVIII. 10. Rhodiginus loco nuperimè citato etiam exempla allegat Zoroastris & Pompeji, qui ab*

Astrologica hac temporum observatione turpissimè delusi fuerunt.

CAP. VI.

DE
MARTYROLOGIO SPECIALITER
NUNCUPATO, ET PRIMUM QUIDEM
DE
DIEBUS FESTIS
VETERIS ECCLESIAE.

§. 1.

Calendarium excipit ipsum Martyrologium, in specie ita dictum. Ubi primò tractandum est de *diebus festis*, CHRISTI, ejusque Matris, Præcursoris & Apostolorum, Innocentium, Protomartyris &c. de *Memoriis* Beatorum Martyrum, Confessorum, Virginum &c. deinde agemus. Sicuti enim Gentiles olim Romani Calendarium suum in *dies fastos & nefastos* distribuebant, simili modo Christiani suum Calendarium vel Martyrologium in dies festos & memoriales Sanctorum divisere: & rursus quemadmodum illi dies fastos rubro, nefastos verò atro distinguebant colore, unde Ovidio *Fasti pelli* dicuntur, ita & hi Festa Majora & Minora colorum diversitate discriminârunt, illa rubricâ, hæc atramento olim hodieque annotantes.

§. 2. Dies, rubricâ descripti & consequenter Festi Veteris Ecclesiæ, isti olim fuerunt secundum membranam nostram:

25. Decem-

25. Decembris. Nativitas Domini nostri JESU Christi.
 26. -- S. Stephani Protomartyris.
 27. - S. Johannis Evangelistæ,
 28. -- Innocentum.
 31. -- Sylvestri Papæ.
1. Januarii. Circumcisio Domini.
 2. - Octava Stephani.
 3. - Octava Johannis.
 4. - Octava Innocentum.
 6. - Epiphania Domini nostri J. C.
 13. - Octava Epiphaniæ.
2. Februarii. Purificatio S. Mariæ.
 22. - Cathedra S. Petri, Apostoli.
25. Martii. Annunciatio S. Mariæ Matris Domini,
 & Crucifixio Domini JESU.
 27. - Resurrectio Domini nostri J. C.
1. Maji. Apostolorum Philippi & Jacobi.
 25. Julii. Jacobi, Apostoli.
1. Augusti. Vincula S. Petri.
 10. - Laurentii, Martyris.
 24. - Bartholomæi, Apostoli.
 29. - Decollatio S. Johannis.
 31. - Paulini, Episcopi.
8. Septembris. Nativitas S. Mariæ.
 14. - Exaltatio S. Crucis.
 21. - S. Matthæi, Apostoli.
 22. - Mauritii cum Sociis suis.
 29. - Dedicatio S. Michaëlis, Archangeli.
28. Octobris. Simonis & Judæ.

1. Novembris: Festa omnium Sanctorum.
 29. -- Vigilia S. Andreae, apostoli.
 30. -- S. Andreae, apostoli.
 13. Decembris: Luciae Virginis, Otiliae.
 17. -- Ignatii, Martyris.
 21. -- S. Thomae, Apostoli.
 24. -- Vigilia Domini nostri J. C.

§. 3. Notandum verò est, in Martyrologio nostro *Immobilia* tantum Festa consignata esse, non item *Mobilia* si diem Pascha-lem, & feriam VI in hebdomade Majori excipias. Columbae, Hilarii, Walburgae, Christophori, VII. Fratrum, Sabinæ & Adelpi, Timothei & Ammonii, Cornelii & Cypriani memoriae rubricâ quidem hic sunt consignatae, sed quia diebus Festis sunt conjunctae, per se non feriales, unde ad sequens caput sunt rejiciendae. Observabis verò Lector, ex hoc dierum apud veteres Christianos festorum Catalogo, CHRISTI Festa hæc esse: Vigilia Nativitatis, ipsa Nativitas, Circumcisio, Epiphania, Ejus Octava, Crucifixio, Resurrectio, Exaltatio S. Crucis. *Michaelis* Archangeli Dedicatio. *Mariae* Nativitas, Annuntiatio, Purificatio. *Johannis Baptistae* decollatio. *Innocentium* & Octava. *Petri* Cathedra, Vincula. *Johannis Evangelistae*, & Octava. *Andreae*, & Vigilia, & reliquorum *Apostolorum*, exceptis *Matthiae* atque *Paulo*. *Stephani*, Protomartyris, & Octava. Festa *omnium Sanctorum* instituta sunt, Gregorio IV. auctore, Seculo nono, ut supra audivimus, cap. III § 10. *Laurentii*, Seculo III. Archidiaconi Romani, Martyris, & *Sylvestri*, IV. Seculo Papae Romani, natales dies, jam olim festi fuere. Quare autem *Ignatii*, Episcopi Antiocheni atque Martyris, Seculo II. *Mauritii* & *Luciae*, Seculo III. Martyrum, & *Paulini*, Episcopi Trevirensis, Seculo Christiano IV. atque *Otiliae* Seculo VII. natales dies purpureo colore sint adscripti, nullam possum reddere rationem aliam, nisi quod cum B. Theod. Thummio, in tractat. de Festis Judæorum & Christianorum, pag. 71. dicam, has ferias non fuisse

fuisse *universales* & singulis Ecclesiis *communes*, sed tantum *speciales* seu *particulares*, in quibusdam saltem Ecclesiis usitatas, ut patet ex Hieron. Comment. Gal. IV. qui festorum sui temporis mentionem faciens, enumerat tantum *Parascēven*, *diem Dominicam*, *Pascha*, *Pentecosten*, & pro diversitate regionum, *nonnullorum Martyrum memorias*; ut & quod dictorum Sanctorum corpora, vel saltem reliquiae quaedam, in illa Ecclesia, quae olim nostro Martyrologio MS. usa fuit, requiescant: vel etiam alicui eorum Ecclesia illa sit dedicata, ita enim in Concilio Moguntino, canone 36. inter alia Saeculo IX. est constitutum: *illas Festivitates Martyrum vel Confessorum observare decrevimus, quorum in unaquaq. Parochia Sancta corpora requiescunt, similiter etiam Dedicacionem Templi*, Magdeb Cent. IX. cap. VI. fol. 259 vel saltem quod laudatorum Sanctorum honor in ea Ecclesia, cujus usui Nostra inservit membrana, peculiari-ter sit celebratus. Ita Aquisgrani, Anno Domini DCCCXVI. à Monachis & Abbatibus inter alia est statutum; 6. *Ut in precipuis solennitatibus reficiantur: id est, in Natali Domini &c. similiter in Beatorum Apostolorum Festis, in S. Johannis Baptista, in S. Laurentii, in S. Martini, seu Natali cujuslibet Sancti, cujus honor in qualicunq. Parochia specialiter celebratur*, iidem loco cit. fol. 272. Dicamus igitur licet, primum vel Ignatii, vel Mauritii, vel Luciae, vel Paulini, vel denique Otiliae reliquias in ea Ecclesia, quae nostro Martyrologio MS. usa olim est, reconditas fuisse, requiescere verò dicuntur reliquiae Ignatii quidem Romae in Ecclesia S. Clementis, ut vult Martyrologium Romanum, Mauritii Turonis, Luciae Metis, Paulini Treviri, atque Otiliae Altitonae in Territorio Argentoratensi, ut superiori cap. IV. §. 3. Jam est relatū. Vel deinde cuidam laudatorum Sanctorum Ecclesia, cujus Martyrologium MS. olim fuerat, dedicata fortè fuit: vel denique uni alterive Sanctorum, honor in illa Ecclesia, quacunque tandem fuerit, specialiter habitus fuit. Turonensis tamen Ecclesiae Martyrologium hoc fuisse non videtur,

quod illud Martini, Episcopi Turonensis, natalem rubricâ hauri habeat annotatum, qui tamen communiter celebrari ab Ecclesiis Occidentalibus consuevit, prout superiori cap. IV. §. 3. jam monuimus.

§. 4. Idem ferè dies festi ab aliis recensentur, ommissis tamen nonnullis, adjectis aliis. *Sancti Patres igitur hujusmodi sacrorum dierum rationem edoceri, ut commodius plebs Christiana conveniret ad sacram concionem, & ad cultum divinum concelebrandum, habito Lugduni Antistitum conventu, & illos sanxerunt dies esse colendos, & alios complures constituerunt, qui Christianis perpetuo festi essent, quibus aut Sancti à vita hac calamitosa in Cælum migrassent, aut aliquid in religione sanctum esset gestum. Qui nempe dies his sunt divi sacri: Stephano Protomartyri, Innocentibus, Sylvestro, Johanni Baptista, duodecim Apostolis, PAULO, gentium doctori, Deipare Virgini, Laurentio, Michaëli, Martino & communiter omnibus Sanctis, quod Bonifacii Quarti decretum fuit. Is enim Pantheon, vetustum Marti Agrippæ opus, divæ Mariæ Virgini, atque divi omnibus, Phoca Imperatoris permissu, ad 4. Iduum Maji sacravit, exclusitque malorum demonum cultu, quorum simulacra plura hic numero fuerant, locum expiavit. Gregorius deinde W. fertur auctor fuisse, ut id sacrum Calendis Novembris celebraretur. Item & Cruci, ex qua pependerat Salus nostra, solennis dies data est, ac Eucharistiæ ab Urbano IIII pariter dies dedicatus assignatusque. Est & divo Petro Apostolo jam pridem, rogatu Constantini Imperatoris, ad memoriam tormentorum, quæ pro religione tulisset, constituta festa dies à Sylvestro, quæ ad Vincula nuncupatur, prout in libello quodam de Vinculis Petri continetur, qui divo Hieronymo, tametsi parùm verè, adscribitur. Referente Polydoro Vergilio lib. de Inventoribus Rerum VI. cap. 8. quæ Magdeburgenses ad Centuriam VII. cap. VI. fol. 163. referunt. Durandus lib. VII. Ration. div. offic. cap. I. pag. 429. ejusdem Concilii Lugdun. verba ita allegat: *Quæ Festivitates celebranda sint, patet ex Concilio Lugdunensi, de Conse. dist. III. cap. I. extra de fer. cap. fin:**

in quo sic statutum est : Dies Domini feriandi sunt à vespera in vesperam. Item festum natalis Domini, S. Stephani, S. Johannis Evangelista, Innocentium, S. Sylvestri, Circumcisionis, Theophaniae sive Epiphaniae, Pascha cum tota precedenti, & sequentibus hebdomadibus, Rogationes cum tribus diebus, Ascensio Domini, Pentecoste cum duobus diebus sequentibus, S. Johannis Baptista, duodecim Apostolorum, S. Laurentii, Festivitates B. Mariae, omnes dies Dominici, Dedicatio S. Michaëlis, dedicatio cujuslibet Oratorii, festum omnium Sanctorum, S. Martini, Illae festivitates Sanctorum scilicet Canonizatorum, quas singuli Episcopi in suis Ecclesiis cum Clero & Populo decreverint celebrandas. Reliquis vero festivitatibus, quae per annum sunt, non sunt populi cogendi ad celebrandum sive feriandum, nec prohibendi. De Festis vero tempore Caroli Magni, verba sunt Magdeburgens. Cent. VIII. cap. VI. fol. 379. Extat hæc constitutio lib. I. cap. 158. hæc sunt festivitates in anno, quae per omnia venerari debent : Natalis Domini, S. Stephani, S. Johannis Evangelista, Innocentium, Octavas Domini, Epiphania, Octavas Epiphaniae, Purificatio Mariae, Pascha dies octo, Letania major, Ascensum Domini, Pentecosten, S. Johannis Baptista, & S. Petri & Pauli, S. Martini, S. Andreae. De Assumptione S. Mariae interrogandum relinquimus. Iidem Centur. IX. cap. VI. fol. 259. hæc habent : Postremo, de festis extat Canon 36. in Concilio Moguntino, in hunc modum : Festos dies in anno celebrare sancimus : hoc est, diem Dominicam Pascha cum omni honore & sobrietate venerari : similiter feriam secundam, tertiam & quartam. A feria quinta ante missam, licentia sit arandi, vel seminandi, & hortum & vineam excolendi, & sepe circumcludendi, ab alio vero opere cessare decrevimus : post Missam autem ab opere vacare. Diem Ascensionis Domini pleniter celebrare, item Pentecosten similiter, ut in Pascha. In natali Apostolorum Petri & Pauli diem unum, nativitatem S. Johannis Baptista, assumptionem S. Mariae, dedicationem S. Michaëlis, nativitatem S. Remigii, S. Martini, S. Andreae; In natali Domini dies quatuor, Octavas Domini, Epiphaniam Domini, Purificationem S. Mariae, & illas
Festifi-

Festivitates Martyrum vel Confessorum observare decrevimus, quorum in unaquaq; Parochia sancta corpora requiescunt: Similiter etiam dedicationem Templi. Conferri etiam potest Thummius loco cit. pag 70. 71. & 72.

§. 5. Quod si verò computemus dies Veteris Ecclesie festos, non nisi XXXV. in Martyrologio nostro deprehendemus. Posteriori ætate numerus feriarum est auctus; Genebrardus enim in Calendario Romano XLVI. solemnia festa recenset, quibus hoc †. Crucis signum præfixit. Martyrologium Romanum, Gregorii XIII. jussu editum, & Venetiis Joan. Bapt. Sessæ Anno 1583 impressum, L. dies festos, rubricâ annotatos, habet. In Vulgaribus Calendariis, quæ annuatim publicantur, vel etiam LXXX. ferias purpuratas numerare licet. De qua feriarum multitudine Polydori potiùs, quàm nostrum proferre judicium placet, ita verò is gravissimè censet post verba, quæ nuperrimè retulimus: *Deinde dies alii aliis festis ex parvis quandoque causis accumulati sunt, id quod haud scimus, an expedierit, cum præsertim videamus eò rediisse Christianorum mores, ut quàm ex religionis usu erat hæc institueret, tam nunc præstare videatur eadem antiquare, cum bona pars hominum otium istud festorum dierum non ad orandum, non ad divina Scriptura audienda, cujus rei causa datum est, sed ad omnivariam bonorum morum corruptelam augendam in dies magis magisque consumat; dicitans, se id animi gratia facere, quasi plane sentiens cum Platone, qui ob illud ipsum Deum ejusmodi festa sacra instituisse ajebat. Atque ita bellè ethnicos perinde in hæc, ut in nimis multis aliis, emulamur, quod tantum absuit, ut etiam illud ipsum audaciter iisdem ethnicis vitio dederint, teste Tertulliano in apologetico, cum de Cesarum solennibus sacris loquitur, ubi inquit: Propterea igitur publici hostes Christiani, qui Imperatoribus neque vanos neque mentientes neque temerarios honores dicant? Grande videlicet officium, focos & choros in publicum ducere, vicatim epulari, civitatem tabernæ habitu abolere, vino lutum cogere, certatim cursitare ad injurias, ad impudentias, ad libidinis illecebras.*

Siccine

Siccine exprimitur publicum gaudium per publicum dedecus? O nos merito damnandos: cur enim vota & gaudia Caesarum casti & sobrii & probi expungimus? &c. Non putavit Tertullianus futurum, ut ista omnia in nostros Christianos aliquando caderent, qui hoc loco ethnicos deridet, & tamen venit tempus, cum eos potius Caesarum, quam Christi, solennes ritus celebramus. Faxit igitur Deus, ut pontifices nostri tandem aliquanto istos festos dies utiles reddant; quod facient, si minuentes ac castè agitandos curarint.

§. 6. Sed descendamus nunc à generalibus ad specialia, & primùm quidem ad *Vigilias Ecclesie Priscæ*, quas Persecutionum quidem tempore necessitas Veteri Ecclesie suasit, ut ante lucem, convenirent, unde *Conventus illos Antelucanos* Tertullianus libro de coronâ Militis, cap. 3. dixit (plura hanc in rem testimonia videantur apud Magdeburg. Cent. IV. cap. V. fol. 410. atque Cent. VII. cap. VI. fol. 140.) ad hos conventus Antelucanos Plinius II. Proconsul respexit, quando ad Trajanum Imperatorem inter alia scripsit: *Christianos stato die ante lucem convenire solitos esse; status ille dies Pascha fuit. Meminit vigiliarum Pasche Eusebius in Historia Narcissi Hierosolymitani Episcopi, lib. VI. cap. 9. in Africanis vero Ecclesiis Tertullianus indicat, solennem fuisse totam illam noctem, diem Pasche præcedentem, sic enim libro II. ad Uxorem inquit: quis sollemnibus Pascha obnoctantem Uxorem securus sustinebit?* Magdeburg. Cent. III. cap. VI. fol. 136. & seqq. *Apaschalibus autem excubiis, ad natale festum, aliasq. solennitates, mos iste vigilandi transit, vid. Joachimus Hildebrandus in Enchiridio de Priscæ & Primitivæ Ecclesie Sacris Publicis, Templis, & diebus festis, cap. 3. Vigiliis Nativitatis Domini actas esse, testatur Gregorius Turonensis, qui inquit: Francilionem ad vigilias natalis Domini descendentem, hausto poculo interiisse, libro III. Hist. cap. 2. ut est apud Magdeburg. Cent. VI. c. 6. fol. 342. Hinc jam in nostro Martyrologio ad diem Anni extremum, 24. Decembr. *Vigilia Domini nostri J. C.* annotatur. Quare verò præter eam *Andrææ* quoque *Natalis* vigilia, & quidem*

H

rubri-

rubricâ sit expressa, (quemadmodum etiam in Martyrologio Galefinii) non immerito hîc quæritur? hanc Andreæ vigiliam pari veneratione cum vigilia natiuitatis Domini observatam esse, ex abusu etiam utriusque colligitur, quandoquidem utraque vigilia à superstitionis ad investiganda illicita usurpatur, videatur Arnoldi Mengeri Scrutinium Conscientiæ Catecheticum, cap. V. pag. 192. Sed jam olim sacra hæc nocturna à male feriatis, sub specie religionis, ad supra & flagitia alia patranda sunt frequentata, quæ etiam causa fuit, ut, abrogatis conuenticulis illis nocturnis, jejuniû ante instantem diem festum pridie, retento tamen vigiliarum nomine, fieret, videatur Johannes Beletus in Rationali div. offic. cap. 137. Guil. Durandus lib. VI. cap. 7. num. 8. Polydor. Vergilius, lib. VI. cap. 4. Joachimus Hildebrandus loco cit. atque Theod. Thummius in tractatu de Festis Judæorum & Christianorum, pag. 73. apud quem Mantuanus lib. I. Fastorum hac de re ita canit:

Quod nostri in Templis atavi vigilare solebant,
Excubiasque pati Solemnia mane sequenti
Festa recepturi: morem nova sustulit ætas.
Nam quia nox sceleri solet esse occasio, & illud
Observant, qui furta volunt committere, tempus
Jejunare diem visum est sapientius illam,
Quæ præit, & clauso noctem dormire cubili.

§ 7. A Vigiliis ad *Octavas* transeamus. Hæc verò, ut rectè censet Theod. Thummius loco cit. pag. 74. & Joach. Hildebrandus loco cit. H. 2. in Levit. XXIII. fundamentum habent, & Judæis in Calendariis post celebriora Paschatis & Tabernaculorum festa sunt usitata, à quibus Origo est Christianarum Octavarum, vid. Baronius ad 2. Jan. in notis. Καὶ ἑξοχὴν Octava Pentecostes, SS. Trinitatis Festo consecrata, dicta est, vid. Hildebrandus loco cit. In Constitutione Caroli M. & Concilio Moguntino,

tino, Octavarum Nativitatis Domini & Epiphaniæ mentio fit, ut superiori §. 4. retulimus. Nostra membrana Octavas Stephani, Johannis, Innocentum atque Epiphaniæ commemorat, quas eadem fragmentum Martyrologii alterius MS. quod penes nos est, recenset; Martyrologium Uluardi, Notkeri, Maurolyci atque Romanum, ut & Fasti Danici Olai Wormii, easdem annotaverunt, cum Octava Nativitatis, quæ coincidit cum Circumcisione Domini seu Calendis Januarii, quo die Almachius Martyr edixit: *hodie Octava Domini Dies sunt, cessate à superstitionibus Idolorum, & à sacrificiis pollutis.* Hodie Octavarum Ulus est amplior, & præter dictas festivitates celebres, multis aliis diebus festis adjunctæ esse Octavæ in Calendariis observantur.

§ 8. Octava Nativitatis Domini posterioribus Seculis etiam *Circumcisioni Domini* est consecrata; Isaaco tamen Casaubono assentiri non possumus, qui in Exercitat. II. ad Annales Ecclesiasticos Baronii, §. 9. pag. mihi 132. scribit: *In Antiquis libris Ritualibus dies Calend. Januar. simplicem præse fert titulum, ut ad Martyrologium observat Baronius, OCTAVÆ NATIVITATIS. Antea pauca Secula alia accessit causa festivitatis: inde titulus duplex OCTAVÆ NATIVITATIS & CIRCUMCISIONIS. Qui ante hos 500. Annos festus anni totius dies descripserunt, Circumcisionis non meminere.* Quem sequitur Joachimus Hildebrandus in Enchirid. de Priscæ & Primitivæ Ecclesiæ Sacris Publicis, Templis & diebus festis, cap III F 3. Namque Membrana nostra, Martyrologium Occidentalis Ecclesiæ vetustius, à Florentinio publicatum, & Martyrologium Gellonense &c. quæ omnia ante D. annos festos anni totius dies descripserunt, circumcisionis tamen meminere.

§ 9. De Festi *Purificationis S. Mariæ* instituto atque ævo, quod Græcis Menologiis *ὑπαρὶς τῆς Ὀκταύτης* Simeonis vocatur, & Romano quidem inter Festa Mariæ, Ambrosiano autem more atque Græcorum, inter Christi festa recensetur, discrepant Martyrologi:

Petrus enim Galefinius & Florentinius jam ante Seculum Christi IV. institutum esse volunt, allegantes hanc in rem homilias Patrum, tam Græcorum quàm Latinorum, qui seculo Christiano i v. vivere, puta Gregorii Nazianzeni, Cyrilli, Hieronymi, Augustini &c. Sed Durandus in Rationali divin. offic. lib. VII. cap. 7. num. II. pag. 436. & Baronius in notis ad Martyrol. Roman. nixi auctoritate Nicephori Histor. Ecclesiast. lib. XVII. cap. 28. Pauli Diaconi lib. XVI. de Romanorum gestis, & Sigeberti in Chronico ad annum Christi DXLII. rectius Festi hujus originem ad sequiora tempora Imperatoris Justiniani, (quem etiam Græci hujus Festi auctorem constituunt, Baronius Gelasium Papam facit) rejicere videntur. Homiliæ verò illæ SS. Patrum, quas allegant Galefinius & Florentinius, habitæ sunt non in Purificationis, sed Epiphaniæ festo, vel certè ex eorum Commentariis sunt desumptæ, ut bene judicat Baronius. Atque idem in aliis quoque festis, pro originibus eorum remotius accersendis, factitatum esse, vel recentiorum homilias & sermones antiquioribus suppositas fuisse, ego puto.

§. 10. Festum *Cathedræ Antiochenæ S. Petri Apostoli* antiquum est, si fides habeatur Galefinio & Florentinio. Olim à Gentilibus Romanis *Feralia* mense Februario celebrabantur, ita dicta, quod *ferrent* epulas ad sepulchrum, Diis Manibus sacras, quos ritus Christiani veteres nonnulli, D. Augustini ævo, hoc tempore sunt æmulati, jure correpti propterea à D. Augustino, in Sermone I. de Cathedra S. Petri, si tamen illius est, namque ipse Florentinius dubitat, qui est inter sermones de Sanctis XV. Tom. X. Operum, p. 44 & 45. *Cum solennitatem hanc Ecclesis merito religiosa observatio introduxerit, miror, cur apud quosdam infideles bodie tam perniciosus error increverit, ut super tumulos defunctorum cibos & vina conferant, quasi egressæ de corporibus animæ carnales cibos requirant. Epulas enim & refectioes caro tantum requirit, spiritus autem & anima his non indigent. Parare aliquis suis charis dicit, quod ipse devorat,*
quod

quod prestat ventri, imputat pietati. Cessate ergo fratres ab hoc gentili infidelitatis errore. Quæ quidem ex Sancto Augustino excerpti pro Christianis in Papatu, hodiernum pro dolor ! in tanta Evangelii luce, mense Novembri Ferialia sua, quod festum animarum, vocant, celebrantibus, atque Gentilium more ferentibus epulas animabus defunctorum, quas deinde vespiliones cum suis devorant.

§. II. Festi *Annunciationis Mariæ*, quod de Incarnatione seu Conceptione Christi Petrus Chrysologus Sermone 140. inscripsit, meminit S. Athanasius in sermone de Annunciatione sanctissimæ Dominæ nostræ Deiparæ, qui Tomo operum I. fol. mihi 1028. extat, statim post principia his verbis: Ὁ μὴ τῶν δεσπολικῶν φρώτη τε καὶ πάνσεπτι εὐερίη κατὰ τὴν τῶν πραγμάτων τάξιν καὶ σύνταξιν τῶν ὑποκειμένων ἐν τοῖς κατὰ χριστὸν κηρύγμασιν ὑποδέχουσα, ἡ θεὸς εὐαγγελισμῶ κλήτη ἀγία ἡμεῶν, ἀεὶ ἔξ ἕραν ὑπεραβάσεως ἡ ὑἱ ἡ θεῶ, κατασκευάζει τὸ κήρυγμα. *Unum enim Dominicorum Festorum hoc primum, & perquam venerandum, secundum quidem rerum Ordinem atq; digestionem eorum, quæ de Christo sunt prædicata, existit, divinæ annunciationis sancta dies vocata, quæ de Filii DEI ex cælo descensu apparat præconium:* Attamen Sermo Athanasii non est, sed alterius recentioris Scriptoris supposititius, vel ipsomet Baronio non diffidente, Annalium Tomo I. Anno Christi 48. sect. 19. & 20. & in Notis ad Martyrologium Romanum ad diem 25. Martii; cui adstipulatur Andreas Rivetus lib. III. Critici sacri, cap. V. pag. 268. seqq. *Et tamen oblectant se ejus allegatione Jesuitæ, quia Mariæ invocatio hic stabilitur, notante eodem Riveto. Sermones quoque IV. Augustini de Annunciatione Dominica, II. dum imprimis, in quo inter alia ita oratur Mariæ: Accipe, quod offerimus, redona, quod rogamus, excusa, quod timemus, quia tu es SPES Unica Peccatorum, per Te speramus veniam delictorum, & in Te beatissima nostrorum est expectatio*

expectatio premiorum &c. Augustini esse omnino dubitamus, posterius seculum redolere hæc videntur. Baronius duos saltim, sermones Augustini in hoc festum extare, & alterum Fulgentio, qui Seculo VI. vixit, adscribi, refert in Notis ad Martyrolog. Rom. Eodem verò conceptum esse Dominum die, quo est passus, prælaudatus etiam Hipponensis Episcopus docet, qui Lib. IV. de Trinitate, cap. 5. scribit: *à Majoribus traditum suscipiens Ecclesia custodit Auctoritas, octavo enim Calend. April. conceptus creditur, quo & passus.*

§. 12. *Vincula S. Petri.* Ita codex noster vocat; Martyrologia Bedæ atque Rabani Mauri *Dedicationem primæ Ecclesiæ à B. Petro constructæ & consecratæ* dicunt: quæ Notkerus, Antiquius Occident. Ecclesiæ & Romanum, Martyrologia, conjungunt. Lepidissima sunt, quæ de hiis S. Petri Catenis, Baronius, quippe Congreg. Oratorii Presbyter, concionatur, in notis ad Martyrolog. Roman. die I. Augusti: *Sane quidem non videtur hoc vacare mysterio, quod de Petri tantum catenis tam in Oriente quam in Occidente agatur solennitas, non autem de vinculis alicujus alterius Apostolorum: ut, cujus in ligandis atq; solvendis alienis vinculis potestas præcipua in Ecclesia, ejus etiam vincula à cunctis fidelibus in honore habeantur, quæ quidem declamatio est Parasito Curia Romanæ nequaquam indigna! Miror hunc, subacti a iocuin judicii virum, ita pueriliter ineptire cum Durando, è cujus Rationali, lib VII. cap. 19 hæc sunt desumpta! Anne verò claves solvendi & ligandi soli Petro sunt concessi? nonne omnibus reliquis Apostolis, ut & Successoribus eorum à Domino traditi fuerunt? referente S. Matthæo cap. XVIII 18. atque S. Johanne cap. XX. 23. Sed & aliorum Beatorum Martyrum vincula sunt celebrata, Pauli puta, quæ à Majoribus asserta & multis fuisse miraculis illustrata, S. Gregorius scribit ad Constantiam Augustam, in Reg. lib. III epist. 30. apud ipsum Baronium l.c. Babylæ item, atque Aliorum: ut ut iis non perinde atq; Petrinis festum peculiare ab Ecclesia fit institutum.*

§. 13. *Laurentii Martyris* festivitas multis Patrum Sermonibus, Ambrosii uno quidem, Augustini quatuor, Leonis M. uno, Maximi Taurinensis III. Petri Chrysologi uno &c. ut & Aurel. Prudentii carmine est concelebrata, *ex quibus fit perspicuum, Beatissimi Laurentii Martyris diem festum jam usq. ab initio in Ecclesia DEI cultum esse*, quæ verba sunt Galefinii ad Martyrol. Ab extremis etiam Danis memoriam ejus cultam esse, ex Calendario Runico, ab Olao Wormio publicato, lib. III. Factor, Danicorum est colligere, in quo *Laurentii Missa*, id est, Festum, rubricâ est annotatum. Missam enim pro Festo antiquitus dici, Baronius quoque in notis ad Cal. Octobr. observat. vid. infra cap. VIII. §. 6. VIII. Cal. Jul.

§. 14. *IX. Calend. Septembr. Bartholomæi, Apostoli.* Ita omnia Martyrologia, quæ vidimus, impressa, Gellonense etiam, Antiquius Occidentalis Ecclesiæ Florentinii, & apud illum Corbejense, ut & P. Galefinius commemorant, conferatur Florentinius; Solum Antwerpense MS. apud eundem & Romanum impressum die sequenti, quo translatio reliquiarum S. Bartholomæi Romam in insulam tyberinam facta esse dicitur, festum ejus recenset; consuetudini scilicet cujusque Regionis celebrationem Festi relinquente Innocentio III. hac de re consulto: Ambrosiana, Aquileiensis, Carnotensis & in Italia præterea pleræque ferè omnes pridie; Romana verò Ecclesia postridie B. Bartholomæi festum celebrat, *& olim hoc ipso die IX. Calend. Septembr. celebrabat, ut ex libro Sacramentorum, qui S. Gregorii nomine inscribitur, animadvertimus, ex Martyrologiis item Ussuardi, Adonis, Bedæ & S. Hieronymi*, notante ipsomet Galefinio.

§. 15. *Decollatio S. Johannis* contigit imminente festivitate Paschali, perinde atque Jacobi Majoris, at quia hoc tempore quadragesimali, per Canonem § 1. Concilii Laodiceni, festa Martyrum celebrari ab Ecclesia non consueverunt, in IV. diem, Calend. Septembr. quo caput ejus est inventum, rejecta hæc solennitas

nitas fuit; unde Venerabilis Beda in Martyrologio: *Passio*, tradit, & *Decollatio vel potius inventio capitis B. Johannis Baptista* &c. Idem repetit & uberius deducit lib. II. *Exposit.* in *Evang. Marci* cap. XXVI. verba superiori cap. II. §. 6. sunt adducta. conferantur P. Galefinius & Cardin. Baronius in notis ad Martyrologium, Romanum.

§. 16. *Paulini Episcopi* natalem omnia, quæ vidimus, Martyrologia, etiam Calendarium Runicum, commemorant, solo Martyrologio S. Pantaleonis in Carthusia Colonienfi, ab Herib. Rosweydo reperto, & Romano, Veteri nuncupato, excepto.

§. 17. *Nativitas S. Mariæ* Seculo VII. jam ab Ecclesia est celebrata, *Nativitatis enim & Assumptionis meminit Sigebertus in Chronico sub Sergio: & Isidorus in lib. de officiis*, uti Magdeburg. Cent. VII. cap. VI. fol. 163. observant. Extat de natali D. Mariæ Virginis inter sermones æstivales de Sanctis, Tomo operum VII. col. 131. Bedæ Presbyteri homilia, quam tamen, ut in margine notatur, alii Albino Anglico, Levitæ, Bedæ Discipulo, adscribunt. Nativitas Mariæ habetur descripta in libello de Ortu Mariæ & nativitate atque infantia Domini nostri JESU Christi, quem, uti in Epistolâ Hieronymo suppositâ, & in Tomo operum IX. rejecta fol. 233. docetur, Seleucus quidam hebraicè conscripsit (qui idem etiam Passiones Apostolorum, atq; Evangelium Matthæi hebraicè literis consignavit) quæ ibidem latinè sunt reddita; cùm nos MS. in Teutonicos Rythmos ante aliquot Secula translatum, possideamus, excerpemus ea, quæ nativitatem B. Virginis complectuntur, in gratiam curiosi lectoris:

Do ergangen was diu Frist
Als der Frawen Sit noch ist
Und diu Zit och komen was
Fraw Anna irs Kindes genas

Do si ir liebes Kint gesach
 Grossiu Grad ir do gesach
 Och frat sich der Vater sin
 Do er gesach das Kindelin
 Si lobten G^ot von Hymelrich
 Daß er so = gentlich
 Si het erlöst von ihrem Laid
 Dar umb lobten si Got bait
 Do wart das Kint Maria genant
 Als in der Engel het bekant
 Kainlich wart das Kint erzogen
 Sin wart mit Fliss wol geplogen
 In seiner Kintheit was das lieb
 Kint so rain an sinem Lib
 Wunder die des alle namen
 Die es hörten und vernamen
 Subtlich seiner Mutter Brust
 Ai = girlich gelust
 Zessen pflag das Kindelin
 Massig was diu Spis sin.

Sed recte iste libellus inter Apocrypha rejicitur. Neque verò majorem fidem meretur relatio illa Joh. Belethi in Rationali div. offic. cap. 149. de viro quodam pio, qui pluribus annis nocte VI. Idus Septembr. audierit Angelos in caelis gaudentes, cujus rei causam scire desiderans, ex revelatione divina cognoverit, solennizari tunc ab Ecclesiâ triumphante Nativitatem B. Virginis, quæ isthac nocte contigerit, & mandatum acceperit, ut unâ cum Triumphante Militans in terris Ecclesia eam festivitatem concelebraret: quam anilem fabulam à Cæsare Baronio, gravi Scriptore, ad Martyrologium Romanum annotatam esse, non immerito miramur.

§. 18. *Exaltatio S. Crucis cum Inventione ejusdem non est confundenda; fuit enim illa posterior, & Heraclio imperante, Seculo VII. contigit, Anno Imperii ejus VIII. dum Pacem à Cosdroa Persarum Rege peteret, nec impetraret Heraclius, IV. post hoc, id est, XII. Regni sui anno, procinctum in Persidem movet, occisq; singulari congressu super pontem Danubii Cosdroa filio, vastat à Perside, Cosdroam quoque, ablato de propbana manu ejus ligno S. Crucis, interfecit, ac VII. demum ex quo exierat anno, ad regiam Urbem victor rediens, non multo post lignum salutiferum Hierosolymam reportavit. Exhinc Exaltatio S. Crucis in Ecclesia DEI celebrari cœpit, referente Ottone Pirisfingensi Episcopo, rerum ab origine Mundi gestarum libro V. cap. 9. confer. Joan. Nauclerus, Præpositus Tubingensis, Chronograph. Generat. XXI. fol. mihi 756. Sed & procurrentibus annis, Leone Romanis imperante, apud urbem Romam Papa Sergius in Sacratio B. Petri Apostoli capsam argenteam, que in angulo obscurissimo diutissimè jacuerat, & in ea crucem, diversis ac pretiosis lapidibus adornatam, Domino revelante, reperit, de qua Israelis quatuor petalis, quibus gemme incluse erant, mira magnitudinis portionem ligni salutiferi Dominica Crucis interiorius repositam inspexit. Que ex tempore illo omnibus annis in Basilica Salvatoris, que appellatur Constantiniana, die exaltationis ejus, ab omni osculatur & adoratur populo, Auctore Adone in Martyrologio: de quo verò non immerito dubitatur, cum Helena inventæ Hierosolymis Crucis unam in urbe Sancta reliquerit, alteram verò partem Constantinopolim, non Romam, miserit, referente Socrate Histor. Ecclesiast. lib. I. cap. 17. videatur Theod. Thummius, in Tractatu de Festis Christ. pag. 165. Baronio quoque hæc de inventâ à Sergio eodem ferè, quo Heraclius eam Cosdroi abstulit, tempore, cruce relatio Adonis suspecta fuisse videtur, ejus enim in Martyrologio ad hunc diem non meminit. Judæi Calendariographi, ut & hoc addamus, diem Exaltationis, & Inventionis Crucis, Hebræo-Germanicè יְהוֹרֵם זְלֵמֶן לַאֲגִי id est, εἰκὼν ἑορτῆς, sive*

Imagi-

Imaginis Festum vocant, iconolatiam Christianis Pontificiis isthac appellatione exprobrantes; honoranda, non adoranda Dominica crux est: quod si verò adoranda populo proponatur, scandalum datur, vè autem scandalizanti! Matth. XVIII 7.

§. 19. *Festa omnium Sanctorum* commemoravimus superiori capite III. §. 10. de cuius institutione nunc sequentia ex Johanne Beletho, Theologo Parisiensi, cap. 127. addemus: *Panttheon impetravit dari Ecclesie Christiane Bonifacius IV. à Phoca Imperatore Constantinopolitano, & illud, rejectis idolis omnique eorum spurcitiâ, dedicavit in honorem B. Mariæ & omnium Martyrum (nondum enim fiebant festa Confessoribus) & statuit, ut singulis annis celebraretur illo die festum Martyrum, sicut ipsis Calendis Maji Festum Apostolorum. Sed quia in illo mense non est tanta copia victualium, ut in aliis, (solet enim tunc annona deficere) & populus, qui confluebat ad illa solennia, propter inopiam ciborum quoque non poterat bene celebrationi vacare, ideo Gregorius Minor, qui ejus nominis IV. fuit, duo hæc festa transiulit, & ea Calendis Novembris, quando major est rerum copia, fieri instituit. Nec solum Apostolorum & Martyrum, sed etiam Trinitatis, omnium Angelorum & Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, & aliorum Sanctorum atque Sanctarum, velut Festum Generale, cujus officium ordinavit. Confer. G. Durandus, lib. VII. cap. 34. qui Belethum, more suo, exscripsit. Quia vero Festivitas hæc posteriori ævo instituta est, hinc fit, ut Antverpiense, Gellonense, & Vetustius Occidentalis Ecclesie Martyrologia illam silentio prætereant. Mirari itaque subit, quæ fiat, ut D. Augustino duo sermones, quorum prior inter sermones de Sanctis est XXXVII. alter vero extat inter sermones de verbis Domini, supra Matth. cap. V. v. 1. & tertius quoque, cujus exordium: *Solennitate S. Virgini &c.* super Matthæum V. 3. ut & Leoni M. homilia unica: *Predicante, Dilectissimi, Domino &c.* fol. 91. atque Venerabili Bedæ tres homiliae, quæ inter æstivales*

fermones de Sanctis, col. 146. & seqq. habentur, attribuantur, in Festo omnium Sanctorum, quod tamen tunc nondum constitutum est, habiti! Sciendum itaque est, illas homilias vel in communi Martyrum solennitate habitas esse, vel certè ex Commentariis eorum in Matth. V. ex quo Evangelium Festi omnium Sanctorum legitur, esse desumptas, quasdam etiam supposititias esse & recentiorum Ecclesiæ Dd. Sanè Sermo: *Hodie Dilectissimi &c.* ab Editoribus & Augustino & Bedæ tribuitur, fortassis verò neutrius, sed tertii fuit, & quidem Alcuini, secundum censuram Scholæ Lovaniensis, juxta Codicem verò MS. Ecclesiæ S. Mariæ ad Martyres Romæ, ubi hæc celebritas primùm agi cœpta est, Odonis, Abbatis Cluniacensis, est, apud Casarem Baronium ad Martyrolog. Observes verò ex his velim, Lector, quam depravata pervenerint ad nos SS. Patrum scripta, suppositis etiam iis integris tractatibus atque sermonibus, qui eorum nunquam fuere, vide etiam infra, cap. VIII. §. 8. XVIII. Cal. Septemb. & tamen illi à Pontificiis alterum fidei principium constituuntur & fundamentum, quod autem quàm sit lubricum, ex dictis liquet. Blasphema Gens Judæorum in Calendariis suis festum hoc Christianorum ita innuere solet: כל הקדושים, non verò כל הקדושים, quorum hoc *omnes Sanctos*, illud verò *omnes Synodos* notat, quæ Blasphemia perditissimæ Gens in Ecclesia & Imperio Romano à Principibus & Rebus publicis Christianis nequaquam toleranda esse videtur.

§. 20. Idibus Decembris cum *Lucia*, Virgine & Martyre Syracusana, *Otilia* commemoratur, nostro, Appendici Adonis, Martyrologio Romano, Maurolyco, Molano, Missali Augustensis Ecclesiæ &c. quam depositam volunt, Maurolycus quidem in Castro Laudunensi, aut Martyrol. Rom. atque Molanus rectius in Territorio Argentoratensi, in jugo scilicet seu capite Vogesimontis, Altitona (Nochburg) IV. Milliarib. ab Argentorato diffusa,

diffita, Bruschius in Chronol. Monast. Germaniæ pag. 336. & 555. Historia Lombardica, Leg. 187. ejus acta refert, & sub Childerico (II. ut colligo) Francorum Rege floruisse eam tradit, circa annum Domini 700. secundum Baronium.

§ 21. *Ignatii Martyris* solennitas non in omnibus Martyrologiis annotata habetur, non enim extat in Calendario Ru- nico, neque etiam in Gellonenfi & Vetusiori Ecclesiæ Occiden- talis Martyrologio.

CAP. VII.

DE

SS. MARTYRUM, CONFESSORUM
atque VIRGINUM MEMORIIIS
IN GENERE.

§. 1.

Martyrologium dicitur à Martyribus, quam Vocem la- tius pro Martyribus designatis sumi, supra cap. I. §. 2. diximus, qui alias Confessores vocantur, quod, in- terrogati à Judice, Christum confessi sint; neque ta- men vel carceres vel tormenta, nedum ipsum supplicium mortis senserunt, Martyres à Tertulliano atque Cypriano dicti. At- que his Christi Militibus atque Strenuis Athletis corona parata est, *Martyri quidem de rosâ purpurea, Confessori vero de Liliis can- dida*, juxta Cyprianum Epist. VIII. & Commentatorem ejus, Ri- galtium in Notis. *Virginis* quoque nomenclatura laxius à Mar- tyrologis usurpari consuevit pro Viduis sanctimonialibus, videatur Johannes Molanus in Epist. ad Lect. Martyrologio Usuardi præfixâ, num. 7. & in Annotat. ad VI. Non. Jul. infra cap. VIII. §. 2. & §. 10. IV. Calend. Septemb.

I 3

§. 2.

§. 2. Dies, quo SS. Martyres ex hac lachrymarum valle ad cœlestia gaudia transivere, & Beati Confessores obdormiverunt, coronandi, communiter *Natalis* audit, dies quidem obitus Martyrum *Passio*. Confessorum verò *Depositio* vel etiam dormitio, transitus, pausatō &c. vocatur. Non tamen semper eo, quo passi sunt & depositi, commemorantur die, multis, ex Quadragesima in primis, aliorum rejectis, vid. infr. cap. VIII. §. 6. VIII. Cal. Jul. Tertulliano lib. de Coronâ Militis num. 36. *Natalitia* dicuntur, quia cœlo tunc nascuntur, mortui terræ. *Dies Beator. Martyrum, quibus de seculo transferunt, natales vocamus, eorumque solennia non funebria, sed Natalitia dicuntur*, docet Albinus lib. VI. in Johan. XVI. apud Magdeburg. Cent. VIII. cap. vi. fol. 379. confer. Durandus lib. VII. cap. I. num. 18. 42. & 43. Polydor. Vergilius lib. VI. cap. 8. pag. 513. & Baronius in Prolegom. ad Martyr. cap. 6.

§. 3. Dies verò illos migrationis B. Martyrum ad Dominum annotabant Veteres Christiani: ita enim Cyprianus Epist. 37. ad Clerum Romanum: (quæ in Antiquioribus Editionibus est lib. III. Epist. 6.) *Dies, hortatur, eorum, Confessorum, quibus excedunt, annotate, &c.* qua in re fidelem suam operam navavit Tertullus, ut ex eadem Epist. discimus. Primus verò, qui Romæ Martyrum gesta annotari voluit, Clemens I. Episcopus Romanus, memoratur, qui fecit VII. *Regiones urbis dividi Notarius fidelibus Ecclesie, qui gesta Martyrum sollicitè & curiosè, unusquisq; per Regionem suam, perquirerent*, referente Platina in vita ejus, qui tamen id postea Anthero I. qui seculo III. vixit, tribuit, *Antherus scribens, primus statuit, ut res gesta Martyrum diligenter exquisitæ à Notariis scriberentur, quas scriptas recondi in Ærario Ecclesie mandavit*, fol. 26. Atque hinc fuit Martyrologiorum Origo, ut superiori capite II. §. 4. & 5. præmisimus. Liber iste posteriori ætate *Passionarius* est dictus, *continens passiones SS. & legitur in Festis Martyrum. Plures autem sunt Passionarii, quorum quidam canonizati, quidam verò, Teste Papa Gelasio, XV. dist. sunt Apocryphi, ut de*

B. Gregorio & Cyriaco & Julitâ, & alii quidam, quos Hæretici compi-
 lasse dicuntur, quare in Ecclesia legè interdicuntur &c. LEGENDA-
 RIUS autem vocatur liber iste, ubi agitur de vita & obitu Confessorum,
 ut Hilarii, Martini & aliorum Confessorum, & legitur in festis eorum,
 dum tamen authenticatus sit, quemadmodum tradit Durandus lib.
 VI. cap. I. num. 29. & 30. Nostrâ ætate in conquirendis undiqua-
 que Sanctorum Actis Johan. Bollandus, Godefridus Henschenius
 atque Daniel Papebrochius, Lojolitæ, occupantur; quorum quidem
 labor ingens est, nescio tamen, utrum labori respondeat utilitas:
 Periculum etiam est, ne incerta pro certis, falsa pro veris, apocrypha
 pro authenticis arrepta sint, arripianturq; De Symbolicis Utopicisq;
 Sanctis vide infra c. VIII. §. 4. & 7. exempla Pseudo-martyrum, ab Ico-
 nolatris celebrari consuetorum, afferunt Magdeburg. Centur. VIII.
 cap. III. fol. 41. & cap. XII. vide Martyrol Rom. Cal. April. & infra cap.
 IX. §. 16. Donati item Martyris fabulam, à Donatistis adornatam,
 Herib. Rosweydo, ejusdem Gregis sodali, imposuisse, ipse Bol-
 landus agnoscit, apud Florentinium admonit. X. Sunt enim Acta
 Sanctorum jam olim ab Hæreticis, de quorum fraudibus Arno-
 bius Lib. I. adversus Gentes est conquestus, tam astute corrupta,
 ut ne Lyncei quidem oculi illas facile animadvertant, & Lectori,
 utcumque docto attentoque, hæ Larvæ imponant ac illudant.
 Multò magis laudanda est opera Martini Chemnitii, Polycarpi Ly-
 feri atque Johan. Gerhardi, (Trigam enim Trigæ oppono) quam
 collocaverunt in enarrandis vita atque passione Domini nostri JE-
 su Christi, qui est τὸ ἀγιον *Sanctum* id est, Sanctissimus, Lucæ I. 35.
 Hic Sanctus mihi instar omnium est, quippe *qui factus nobis ἀγιασ-
 μός, Sanctificatio*, I. Cor. I. 30. *cujus memoriam* celebrare, Sanctio
 Dominica est, Lucæ XXII. 19. I. Cor. XI. 24. quemque *comme-
 morandum* Divo Timotheo omnique homini Christiano admoni-
 tio Apostolica commendat II. Tim. II. 8. Hujusmodi igitur simi-
 lisve opera Ecclesiæ Christianæ longè insignior utiliorque est,
 quàm isthæc Actorum Sanctorum Rapsodia, neque etiam ab iis,
 qui

qui de Societate Jesu adpellari volunt, aliena: Verùm trahit sua quemque voluptas, multos etiam sua superstitio.

§. 4. Non verò solum annotabantur SS. Martyrum atque Confessorum dies natales, sed & anniversaria commemoratione celebrabantur, unde de *Memoriis* eorum, quas Eusebius Alexandrinus in homilia de Sanctis τὰς τῶν ἁγίων μνείας dixit, jam est dicendum. Dies natales Sanctorum *ab initio non festivi seu feriales, sed tantùm memoriales fuerunt*, ut recte monet Theod. Thummius in tractatu de Festis Christianorum, pag. 70. quod patet ex Epist. 37. S. Cypriani, qui post verba, paulò ante laudata, *dies eorum, quibus excedunt, annotate*, pergit, *ut commemorationes eorum inter memorias Martyrum celebrare possimus.*

§. 5. Isthac Martyrum, ut & aliorum defunctorum, commemoratio in S. Cœnæ celebratione facta est, suo loco atque ordine Sanctorum nominibus recitatis: quod liquet ex verbis Joh. Chrysostomi, homil. XXI. in Acta Apost. Tom. V. fol. 390. cujus verba, Interprete Desid. Erasmo, latinè ita habent: *Quid putas pro Martyribus offerri, quod vocantur in illa hora, licet Martyres sint, etiam pro Martyribus magnus honor, nominari Domino presente, dum mors illa perficitur, & horrendum Sacrificium & infabilia Sacramenta!* constat id etiam ex verbis D. Augustini, Tomo Operum IX. tract. 84. Exposit. in Evang. Johannis, pag. mihi 555. *Ideo quippe ad ipsam Mensam eos (Martyres) commemoramus &c.* Confer. Magdeburg. Centur. V. cap. VI fol. 674. & 696. S. etiam Cyrillus, Hierosolymitanus, in Catechesi Mystagogicâ V. fol. 241. ita docet: *δέομεθα σε πάντες ἡμεῖς, καὶ ταύτην προσφέρομεν σοὶ τὴν θυσίαν, ἵνα μνημονεύωμεν καὶ τῶν προσκεχειρημένων δεῖτον Πατριαρχῶν, Προφητῶν, Αποστόλων, Μαρτύρων κ.λ.* *Rogamus Te, ô DEUS, nos omnes, atque hanc tibi offerimus hostiam, ut recordemur & defunctorum, primùm Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum &c.* Atque hinc jam *Oblationum* atque *Sacri-*

Sacrificiorum pro Martyribus, & pro commemoratione eorum., Veteres meminerunt. Cyrianus Epist. 34. de Laurentino atque Ignatio Martyribus (in aliis Editionibus est lib. IV. Epist. 5.) *Sacrificia*, scribit is ad Clerum & Plebem Roman. *pro eis semper, ut meminisset, offerimus, quoties Martyrum passiones & dies anniversaria commemoratione celebramus*, & Epist. 37. aliquoties jam laudatâ, denique, monet, *dies eorum, quibus excedunt, annotate &c. ut celebrentur hic à nobis Oblationes & sacrificia ob commemorationes eorum.* Simili modo Tertullianus, libro de corona Militis, num. 36. fol. 206. *Oblationes*, refert, *pro Defunctis, pro Natalitiis, annuâ die facimus.* Origo hujusrei Felici I. Papæ, qui seculo III. fedit, adscribitur: *Felix autem, Martyrum gloria consulens, statuit, ut quotannis sacrificia eorum nomine celebrarentur*, si fides est habenda Platinæ, in vita Felicis, fol. 32. quam verò ei derogat Johan. Baleus, libro I. de Roman. Pontificum Actis; *Quod*, scribit is pag. 17. Platinam refellens, *Martyrum gloria consulens, statuerit Felix Tempa fieri, & sacrificia in eorum nomine quotannis celebrari, aperta blasphemia est. Quis enim crederet, pios Ecclesie primitivæ Patres, lapides, ligna, aut mortuorum ossa, tam anxie curare, inter tot persecutiones & hæreses? acsi nihil aliud agendum tunc esset? sed talia sunt Romanistarum commenta, ut per id eorum idololatriæ approbarentur.* Magdeb. quoque Cent. III. cap. 6. fol. 147. dubitanter scribunt: *In decretali Epist. 2. Felicis, si vera est, statuitur Missarum celebratio super Martyrum sepulchra in memoriis eorum.* Polydor. tamen Vergilius lib. VI. de Invent. Rerum, cap. VIII. pag. 512. non solum Platinæ sententiam confirmat, sed & Anacletum ejus rei priorem fuisse auctorem, ex nonnullorum mente refert.

§. 6. Quæ verò harum oblationum atque Sacrificiorum ratio fuerit, audiamus ipsos Sanctos Patres exponentes. Augustinus Tomo Op. um VI. lib. XX. contra Faustum Manich. pag. 464. & seq. *Populus autem Christianus, scribit, memorias Martyrum religiosâ Solennitate concelebrat, ita tamen, ut nulli Martyrum,*

K

sed

sed ipsi DEO Martyrum, quamvis in memorias Martyrum, constituimus altaria. Quis enim Antistitum in locis sanctorum corporum assistens altari, aliquando dixit: Offerimus tibi Petre aut Paule, aut Cypriane, sed quod offertur, offertur DEO, qui Martyres coronavit, apud memorias eorum, ut ex ipsorum locorum admonitione major affectus exurgat. Et paulò post: Cum autem ad hunc cultum, latriam, pergat, pertineat Oblatio sacrificii, unde idololatria dicitur eorum, qui hoc etiam idolis exhibent, nullo modo tale aliquid offerimus, aut offerendum precipimus, vel cuiquam Martyri, vel cuiquam sanctæ anime, vel cuiquam Angelo: & quisquis in hunc errorem delabitur, corripitur per sanam doctrinam, sive ut corrigatur, sive ut caveatur. Ipsæ enim Sancti vel homines, vel Angeli, exhiberi sibi nolunt, quod uni DEO deberi norunt &c. Confer. Idem lib. VIII. de Civitate DEI, cap. 27. ubi eadem habet, addens, huiusmodi cultum incongruum, nec debitum, illicitum, atque uni DEO tantum debitum esse. Eadem repetunt Rabanus Maurus lib. II. de Institut. Cleric. cap. 43. atque Durandus lib. VII. cap. I. num. 5. Theodoretus quoque in Graecorum affectionum curatione, sermone VIII. de Martyribus: ἡμεῖς δὲ, ὡς ἀνδρες, ἕτε θυσίας, ἕτε μὴν χόδα τοῖς μαρτυροῦν ἀποπέμποιμεν, ἀλλ' ὡς θεῶν καὶ θεοφιλέων γεγενημένων ἀνδρῶν; Nos verò, ò Viri, neque hostias neque libamina Martyribus deferimus, sed tanquam divinos atque DEO dilectos honoramus viros. Jacobus Pamelius in Annot. ad Tertulliani librum ad Martyres, cap. II. num. 22. fol. mihi 139. A. Cypriani loca superiori §. pho 5. allegata ita exponit: Cæterum, quod dicit Cyprianus, sacrificia pro Martyribus offerri, sic accipiendum, ni fallor, ut, PRO EIS, idem valeat, quod pro commemoratione eorum (nam id Epist. 37. verba aperte continent) veluti passione sive commemoratione Passionis occasionem oblationibus & sacrificiis dante. Sciendum verò est, alius quoque generis oblationes, id est, eleemosynas pro Defunctis factas esse, ita docet S. Johan. Chrysostronus, homil. XXI. in Acta fol. 389. sub

sub finem, non frustra oblationes pro defunctis fiunt, non frustra preces, non frustra elemosynæ &c. vide enim utilitatem &c. tu illi salutis, ipse verò tibi elemosynæ factus est auctor. Et sub calcem homilia: hæc scientes, monet, consideremus, quantas consolationes possemus mortuis, pro lacrymis, pro lamentis, pro monumentis prestare: nempe elemosynas, preces, orationes &c. quod etiam Magdeb. observavere, Cent. V. cap. 6. fol. 696. sub finem scribentes: *Oblationes pro Dormientium spiritibus in memoriis factæ, tantum fuerunt distributiones elemosynarum in pauperes, ut patet ex Augustini Epist. 64. Idem Chrysostomus significat in Oratione de Martyribus. Gregorius Nazianzenus Tomo Operum I. Orat. XVIII. in laudem Cypriani Martyris habitâ, fol. mihi 285. Oblationes istiusmodi Mystice hunc in modum exponit: Τα δὲ λοιπὰ παρ' ὑμῶν αὐτῶν προσδετέον, ἵνα ἡ καὶ αὐτοὶ τῷ μάρτυρι προσενέγκητε κίλ. μᾶλλον δὲ τὰ μείζω τέτων προσενέγκητε καὶ διὰ τῆς ἐκείνου γησιῶς ὑμῶντας εἰκός. Quod reliquum est, hortatur, à vobis ipsis est addendum, ut nimirum aliquid & ipsi Martyri offeratis &c. Imò majora his offerte, & quæ eum sincerè honorantes deceat, nominat deinde σώμα. Ἐκένωσιν, corporis macerationem, Ψυχῆς ἀνάβασιν, anime ascensionem, κακίας ἀποφυγὴν, vitii fugam, ἀρετῆς ὀπίσθασιν, virtutis incrementum; Virgines deinde, Uxores, Juvenes, Senes, Milites, Studiosi, Sacerdotes, plebes denique, quid offerant, singulis præscribit.*

§. 7. Commemorantes verò Sanctorum Martyrum Natales, ad sepulchra, ubi recondita ossa eorum fuerant, die anniversario convenire primitus Veteres Christiani consueverunt, quod institutum antiquum est: Ecclesia enim Smyrnenfis, Ecclesiæ, quæ Philomilii Christo est collecta, de Martyrio S. Polycarpi jam olim inter alia ita scripsit: Ἔτιωσ τε ἡμεῖς ὑπερον ἀνελόμενοι τὰ ὑμῶν τε ἀθῶν πολυτελῶν καὶ δοκιμῶν τε ὑμῶν χριστιῶν ὅσα ἀ

αὐτὸ ἀπεθέμεθα, ὅπως καὶ ἀκρίβειαν ἦν, ἐνθά, ὡς δυνατὸν, ἡμῶν
 συνασπόμενοι ἐν ἀγαλλιάσει καὶ χαρᾷ, παρῆξ ὁ κύβητος
 ὑπετελεῖν τὴν ἑμάρτυριαν αὐτῶν ἡμέραν γενέθλιον, εἰς τε τῶν
 παρορθληκῶτων μνήμην, καὶ τῶν μελλόντων ἀσκησιν τε καὶ ἐτοι-
 μασίαν, prout hanc Epistolam Eusebius lib. IV. Histon. Eccle-
 siast. cap. XIV. fol. mihi 99. recenset, quæ latine ita habent:
*Sic nos postea abstulimus, pretiosiora lapidibus pretiosis atque puriora
 auro, ossa ejus, reposuimusq, ubi conveniens erat. Ibi, quantum possibi-
 le erit, conventuris nobis in exultatione atque gaudio, celebrare Marty-
 rii ejus natalem diem, Dominus largietur, tam pro præteritorum Abhe-
 tarum memoriâ, quàm pro futurorum Martyrum exercitatione atq,
 preparatione.*

§. 8. In loco, ubi ossa Beatorum Martyrum recondita
 fuere, insequuto tempore Aræ extractæ sunt atque Ecclesiæ, Mar-
 τυρία inde dictæ; ita docet D. Augustinus, lib. XX. contra Fau-
 stum, pag. 464. *Nulli Martyrum, sed ipsi DEO Martyrum, quantum
 in Memorias Martyrum, constituamus altaria. Quis enim Antisti-
 tum in locis SS. corporum assistens Altari aliquando dixit: Offeri-
 mus tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane. Idem quoque, Fabianus,
 in Cæmeteriis pro dignitate Martyrium edificavit, refert Platina
 in vita ejus, fol. 27. & ut Magdeburgenses Cent. III. cap. vi. fol.
 148. addunt: Celebrabantur in eadem Ecclesia et Martyrum memoria,
 in quibus super eorum sepulchra, ex Felicis constitutionibus, Missæ age-
 bantur, Damaso Teste, et Epistolâ Decretali Felicis secunda. Confer.
 Theodoretus in Græcorum affectionum curatione superiori §. pho
 6. citatus, ubi hæc leguntur verba: ἡμεῖς δὲ, ὡς ἀνδρες, ἕτε
 θυσίας, ἕτε μὴν χοὰς τοῖς μάρτυσιν ἀπονέμομεν, ἀλλ' ὡς
 θεῖος καὶ θεοφιλεῖς γεραῖομεν ἀνδρας. Nos verò, ὁ Viri, neq,
*libamina Martyribus deferimus, sed tanquam divinos atque DEO di-
 lectos**

lectos honoramus viros. Idem Theodoretus consulatur §.pho seq. 9. adductus. Concilii Gangrensis, Provincialis, quod contra Eustachium, Sebastiae Armeniorum Episcopum, sanctitatis opinione inflatum, seculo IV. coactum est, caput XX. & ult. ita habet: *Si quis per superbiam, tanquam perfectum se existimans, conventus, qui per loca & Basilicas Sanctorum Martyrum fiunt, accusaverit, vel etiam oblationes, quae ibidem celebrantur, spernendas esse crediderit, memoriasque Sanctorum contemnendas putaverit, Anathema sit.* Summa Conciliorum omnium Francisci Longi à Coriolano, fol. 226. confer. Gratianus dist. 30. *Si quis per superbiam &c.* Quia verò postea Superstitio atque etiam fraus ita est aucta, ut passim, in agris etiam atque viis, iisque locis, ubi nullae prorsus Martyrum reliquiae quiescebant, Aras, veluti Memorias Martyrum, excitarent, seculo sequenti alius canon, qui XIV. est Concilii Carthaginensis, & extat de Conf. ditinct. 1. *Placuit, ut Altaria, &c.* pro remedio invalescentis superstitionis, est constitutus, quo prohibetur, ne deinceps ullae memoriae recipiantur, nisi plane constet, aut corpus, aut certas ibi conditas reliquias, aut etiam alicujus Martyrii aut habitationis certa haberi origo possit. vid. Magdeburg. Centuria V. cap. VI. fol. 697. Est illud Carthaginense numero V. Anno 438. à LXXIII. Episcopis celebratum, & exhibetur etiam à Coriolano l. c. fol. 322. & seqq. Cujus Canon XIV. ita habet: *De Basilicis, quae sine Martyrum reliquiis dedicatae sunt. Item placuit, ut altaria, quae passim per agros aut vicos, tanquam memoria Martyrum, constituuntur, in quibus nullum corpus, aut reliquiae Martyrum condite probantur, ab Episcopis, qui eisdem locis praesunt (si fieri potest) evertantur. Si autem hoc propter tumultus populares non sinitur, plebes tamen admoneantur, ne illa loca frequentent, ut qui recte sapiunt, nulla ibi superstitione devincti teneantur, & omnino nulla memoria Martyrum probabiliter acceptetur, nisi aut ibi corpus, aut aliquae certae reliquiae sint, aut ubi origo alicujus habitationis, & possessionis, vel passionis, fidelissimam Origine traditur. Nam (NB.) quae per*

somnia, & per inanes revelationes quorumlibet hominum ubique constituuntur Altaria, omnino reprobantur. Coriolanus ad hunc Canonem nihil est commentatus, ut ad superiorem, (quod nimirum suæ scenæ non admodum inservire videret) quod nos annotamus, illud est: nimirum jam isthac ætate per somnia & inanes revelationes quorumlibet hominum reliquias SS. Martyrum confectas, & altaria deinde ibi constructa fuisse, quorum vero fraudibus hic Canon LXXIII. Episcoporum est oppositus, rectius multo statuentium Papâ, qui cujusdam Viri somniis inductus, B. Virginis natalitium festum nimium credulus instituit, vide Beletum, cap. 149. & supra cap. VI. §. 17. Primitus tamen non Sanctis, sed Capiti Ecclesiæ, Christo, sunt extractæ atque dedicatæ Ecclesiæ, unde *Basilica*, ἄπὸ τῆ βασιλείως βασιλέων, Apoc. XVII. 14. κυριακή, ἄπὸ τῆ κυρίας, hinc Germanicum Kirche / ut & *Dominica*, à Domino, unde non nemo *Domini-Kirchen* vult derivare, dictæ fuerunt. confer Matth. Dresserum de diebus Festis, pag. 204. & alios.

§. 9. Augescente verò indies erga Martyres superstitium affectu, Memoriam Martyrum paulatim in dies festos transiverunt. Ita Pamelius in Adnot. ad Tertulliani libr. ad Martyres, cap. II. num. xxii. fol. 139. Porro, scribit, *hujusmodi memoria Martyrum sive commemorationes pepererunt nobis postea festos dies plerosque, quibus hodie Christiani feriantur, & Thummius in tractatu de Festis Christian. pag. 70. Sed post aliquod temporis intervallum, refert, ha memoria transierunt in festa, & sic deinceps plurimorum festorum inter Christianos fons & origo fuerunt.* Quarto jam seculo Festivitates Martyrum passim ab Ecclesiis receptas fuisse, Magdeburgenses observant. *Martyrum porro festivitates in omnibus penè hoc seculo Ecclesiis solennes fuisse videntur, quocumque tandem tempore cæperint, tradunt illi Cent. IV. cap. vi. fol. 451. Theodoretus, Martyria splendida suo tempore, seculo V. excitata fuisse,*

&

& sapissime per annum, conventibus, festivitibus atque hymnis frequentata, de Græcorum affect. curat. serm. VIII. de Martyribus, fol. 121. docet: οἱ δὲ γε τῶν καλλιῶν μαρτύρων σικεῖ λαμφοὶ καὶ ἀείβλεπτοί, καὶ μεγέθει ἀγαθωπεῖς, καὶ παντοδαπῶς πεποικιλμένοι, καὶ κάλλει ἀφίεντες μαρμαρυγᾶς. εἰς ὅ τε τὰς ἑκάστης ἢ δις (γε) ἢ ἑτάς ἢ πεντάκις φοιτῶμεν, ἀλλὰ πολλάκις καὶ πανηγύρεις ἑπιτελέμεν. πολλάκις ὅ (καὶ) ἡμέρας ἐκάστης τῶν ἱερῶν θεσπότη τῶν ὑμνῶν προσφέρομεν. *Sunt autem egregiorum Victorum, Martyrum, ades splendide, conspicuae, magnitudine insignes, multifariam exornatae et pulchritudinis emittentes fulgores. In hisce verò non semel aut bis per annum, neque etiam quinque convenimus, sed compluries quidem festa celebramus, sepius vero, imò quotidie horum, Martyrum, Domino hymnos offerimus.*

§. 10. Factum inde est, ut Beati Martyres non solum commemorarentur, sed & honorarentur. Constantinus Magnus admonuit omnes Romano Imperio subditos, ut *Dominicum Diem secundum nutum Imperatoris observarent, et Martyrum dies honorarent, et Festorum tempora Ecclesis decernerent*, referente Eusebio, lib. IV. de Vita Constantini, apud Magdeburgenses Cent. IV. cap. VII. fol. 547. in fine. *Pro Martyribus magnus honor, nominari Domino presente, dum mors illa perficitur*, Judice Johanne Chrysostomo, homil. XXI. in Acta. *Nemo est, qui nesciat Martyrum Glorias ad hoc divino consilio à DEI populus frequentari: nisi, ut et illis DEBITUS HONOR dicetur, et nobis virtutis exempla, favente Christo, monstrantur*, verba sunt ejusdem Chrysostomi, & quidem prima sermonis I. de Martyribus, Tomo operum III. fol. 606. Gregorius Nazianzenus, Orat. XVII. in laudem S. Cypriani Martyris, fol. 274. ita exorditur: Μικεῖ Κυπριανὸν δὲ
 φουχὺ

Φυλμ ἡμᾶς, ὦ τ' Ζημίας, καὶ ὑμεῖς ἠνέσχεσθε, οἱ πάντων
 μᾶλλον τ' ἄνδρα θαυμάζοντες καὶ τᾶς δι' ἔτους ἡμῶντες
 ἐκείνον ἡμᾶς τε καὶ πανεγύρουν: *Fere Cyprianus effugisset nos*
(ò damnum!) idque vos passi estis, qui tamen omnium maxi-
mè hominem admiramini, atque annuis honoribus et festiuitatibus
celebratis! Johannes Damascenus lib. IV. de Orthodoxa fide,
 cap. XVI. de Sanctorum & reliquiarum honore, fol. mihi 338.
 inter alia ita quaerit: Τὴς μὲν παρὰ τῆς ἑξ ἑκείνου γενέσθαι πάντων, τὴς
 τῷ θεῷ ὑπὲρ ἡμῶν τὰς ἐντεύξεις ποιημένους, καὶ ἡμιπτόν; καὶ
 ἡμιπτόν, καὶ ἐγγείροντας τῷ θεῷ ὅτι τῷ τέτρω (lege τέτρω)
 ὀνόματι κίλ. εἴλας αὐτοῖς ἐγγείρομεν, ὄρωμένους τε εἰκόνας, καὶ
 αὐτοὶ ἐμφυχοὶ εἴλας αὐτῶν καὶ εἰκόνες, τῆ τῶν ἀρετῶν μι-
 μῆσθαι ἡμῶμεθα κίλ. *Anne Assistentes Generis totius, anne*
ii, qui apud DEUM pro Nobis preces faciunt, non sint honorandi?
imò sunt honorandi: quod quomodo fiat, jam docet, Templum
excitare nos decet DEO, eorum, Martyrum, nomine appellata &c.
Porrò statuas excitemus, et visibiles imagines, ipsimet animata sta-
tuae eorum atq; Icones, virtutum imitatione, fiamus. Melius Au-
 gustinus lib. VIII. de Civitate DEI, cap. 27. pag. 513. docet:
Nec tamen nos eisdem Martyribus Templum, sacerdotia, sacra et sa-
crificia constituimus, quoniam non ipsi, sed DEUS eorum nobis est
Deus, honoramus sanè memorias eorum, tanquam Sanctorum homi-
num DEI, qui usq; ad mortem suorum corporum pro veritate certä-
runt, ut innotesceret vera Religio, falsisque religionibus fictisq; con-
uictis. Quem in sensum etiam Theodoretus loco cit. scribit:
Nos verò, ò Viri, neque hostias neque libamina Martyribus deferimus,
sed tanquam divinos atque DEO dilectos honoramus Viros. Gre-
 gorius Nazianzenus in Orat. VI. fol. mihi 139. postquam suos
 auditores exhortatus est, ut semetipsos purificent atque emun-
 dent,

dent ab omni inquinamento carnis & spiritus, ut exhibeant corpora sua atque animas hostiam viventem, sanctam, DEO placentem, ut adversus Principatus & Potestates certamen ineant, ut domesticum atque intestinum hostem impugnent, ut DEUM timeant, in omnibus verò fidei scutum assumant, atque omnia diaboli tela effugiant, bene concludit: *Ἐὶ ἕως συνελκόμεθα μὴ συντρέχομεν, ὄντως κατὰ χεῖρόν ἢ πανήγυεις, ὄντως τῶν μαρτυρῶν τελειώσαμεν ἢ τιμήσομεν, ὄντως χορεύομεν ὀπίνεια.* *Quod si ita conveniamus et concurramus, revera secundum Christum festivitas est, revera Martyres honoraverimus vel honorabimus, revera agimus triumphos.*

§. 11. Quemadmodum verò ab initio statim commentationis hujus scripsimus, Christianos primitivæ Ecclesiæ Gentiles æmulatos esse, quando Martyrum, perinde atque Gentiles Principum suorum atque clarorum virorum, natales dies in Fastos suos retulerunt; ita etiam Gentilissimum sapere videtur, quando Christiani Martyras perinde atque Gentiles Heroas atque Principes Viros, anniversariis honoribus atque festivis solennitatibus celebraverunt. Dissentire equidem videtur D. Augustinus loco nuperrimè citato lib. VIII. de Civitate DEI, cap. 27. hunc in modum scribens: *Quæcunque igitur adhibentur religiosorum obsequia in Martyrum locis, ornamenta sunt memoriarum, non sacra vel sacrificia mortuorum, tanquam Deorum.* Et paulo post; *nos igitur, pergit, Martyres nostros nec divinis honoribus, nec humanis criminibus colimus, sicut colunt illi Deos suos, nec sacrificia illis offerimus, nec Deorum probra in illorum sacra convertimus.* Sed libenter largimur isthac ætate, saltim à Divo Augustino & Ecclesia ejus, id non esse factum, quemadmodum is quoque Martyribus Templum non constituit, ut alii; Attamen ab aliis, & posteriori ævo, Martyres & divinis honoribus culti, & Deorum probra in Martyrum sacra conversa sunt, ut Ludov. Vives in Comment. ad hunc

L

locum

locum recte scribit: *Multi Christiani in re bona plerumq; peccant, quod Divos Divasque non aliter venerentur quam DEUM. Nec video in multis, quod sit discrimen, inter eorum opinionem de Sanctis, & id, quod Gentiles putabant de suis Diis.* Theodoretus sane in sermone de Martyribus comparationem instituit inter hos, & Heroas Græcorum, quos, quæ honores, inferiores illis esse docet. Cyrillus quoque Alexandrinus, libro VI. adversus Julianum, fol. 52. Interprete Johanne Oecolampadio, ita scribit: *Proinde non est dignum, imo etiam necessarium, eos, qui tam claris operibus gloriosi sunt, perpetuis honorare laudibus. Quam rem etiam apud Græcorum vetustissimos irrepuabilem inveniemus. Etenim quum olim pro universa Græcia in Marrbatone quidam periclitati essent & postea, confligentes cum exercitu Xerxis, nobili morte occubissent, mos Athenis factus est, quod anniversariis laudibus eos coronarent, quum apud sepulchra illorum conveniretur. Et quoniam optimus iste sanctos non sinit absq; reprehensione venerari, quamvis & ipse Plato dicat de his qui optime vivere voluere, & non ignobiliter mortui sunt, postea quasi demones factos, & mortuos, ita curabimus, & eorum loculos adorabimus. Eiusmodi sane hæc censebimus, quando quis senectute, vel alio quodam modo defunctus fuerit, qui in vita præ aliis bonus judicatus est. Et hæc quidem tuus Plato vir strenue, nos autem non deos factos esse diximus sanctos martyres, sed omni honore dignari consuevimus, quodammodo reponentes memoriam illis immarcescibilem pro honoribus & remuneratione fortitudinis tam conspicua. Et quid multis testimoniis est opus? ipse Polydorus Vergilius non diffitetur, Romanos Pontifices ea in re Romanos aliosq; Gen-*

tiles

tiles secutos esse, ira enim lib. VI. de Invent. rerum cap. VIII. pag. 513.
*Ut verò mortales bene meriti inter Deos referantur, mos est
 adeo vetus, ut penè nihil sit eo vetustius: quando antiqui-
 tas statim ab initio suos Reges ac alios cum ob accepta be-
 neficia, tum ob virtutes, deos facere consuevit, prout in pri-
 mo hujus operis volumine sparsim diximus. Sed ante
 omnes Romani id multis ceremoniis factitabant: quod su-
 pra lib. 3. memoravimus. Hujus rei rationem nostri pontifi-
 ces secuti non dubitantur videri possunt, namq. Felix &
 Gregorius annua sacra facienda ad memoriam Martyrum
 instituerunt, illud planè aliud nihil fuit, nisi eos martyres
 decernere esse sanctos, & inter deos referre. Verùm postre-
 mo, ut ne unusquisq. arbitrato suo hunc vel illum pro divo
 haberet coleretve, Alexander tertius statuit, ut nulli mor-
 talium honor in terris haberetur publice, nisi illi, qui prius
 ex edicto Apostolico in divorum esset catalogum adscri-
 ptus. Hoc decretum inter decretales epistolas, in titulo
 de reliquiis Sanctorum, scriptum leges.*

§. 12. Atque hinc porro factum est, ut Christiani non-
 nulli, ex nimia, quâ in eos ferebantur, superstitione, Martyras per-
 indeatque Gentes Deos suos divino cultu honorarent, atque in-
 vocarent, hodieque honorent atque invocent: Ossibus itaque, ci-
 neribus cæterisque Martyrum reliquiis divinam virtutem tribue-
 runt. Unde Gregorius Nazianzenus, Orat. VIII. Cypriani ci-
 neribus tribuit fol. 285. Τὴν τῶν δαιμόνων καθαίρειν, τὴν
 τῶν νόσων χατάλυσιν, τὴν ἔμμελλοντῶν ἀσθένειαν, ἀπάντα
 δύνανται Κυβερνᾶν καὶ ἡ κόνις μὲν τῆς πίστεως, ὡς ἴσασιν οἱ πεποι-
 θεμένοι, καὶ τὸ θαῦμα μέχρις ἡμῶν παραπέμφαντες, καὶ

τῷ μέλλοντι παρεδώσαντες χρόνον. *Damonum ablationem, morborum dissolutionem, futuri praescientiam; quae omnia potest vel cinis Cypriani, si quidem adsit fides, quemadmodum sciunt, qui rei periculum fecerunt, atque miraculum hoc ad nos usque transmiserunt, futuro quoque tempore tradituri:* quae, si tamen vera sunt, quae narrat, divinae potius virtuti, quam cineribus B. Martyris erunt adscribenda. Johannes Damascenus Lib. IV. de Orthodoxa fide, fol. 338. παρὰ τῆς ἑσθίας ἔγένετο παντός, *Afficientes* seu *Adjutores totius generis humani*, Oratione verò I. de Imaginibus fol. 720. cum Basilio inter alia κρινὸς φύλακας ἔγένετο τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἀγαθῶν κρινόντων φροντιδῶν, *Communes Custodes Generis humani Bonosque Curarum socios* Martyras vocat. Ecquando verò Creator & Custos Israelis, DEUS, curam suam pro Genere humano resignavit, ut Martyres à Damasceno Custodes ejus dicantur?

§. 13. Cum igitur tales habiti sint Martyres, ideoque invocati à periclitantibus in quibuslibet angustiis & necessitatibus omnibus fuerunt. Theodoretus sermone VIII. adversus Graecos infideles, fol. 121. Καὶ οἱ μὲν ὑγαίνοντες, αἰῶσι τὴν ὑγείαν τῆν φυλακῶν. οἱ δὲ πνὶ νόσῳ παλαίοντες τὴν τῆς παθημάτων ἀπαλλαγὴν. αἰῶσι δὲ καὶ ἀγνοῖαι παίδας. καὶ ἐξέρχονται παρακαλεῖσαι γενέσθαι μητέρες: καὶ οἱ τῶν δωρεῶν ἀπολαύσαντες, αἰῶσι ἀρτία σφίσι φυλαχθῆναι τὰ δῶρα. Καὶ οἱ μὲν εἰς πινὰ ἀποδημίαν φελλόμενοι λιπαρῶσι ἴσχυος ἕνωδοιπόρους γενέσθαι, καὶ τῶν ὁδῶν ἡγεμόνας. οἱ δὲ τῶν ἐπανόδων τετυχηκότες τῆν τὴν χεῖρ ὁμολογίαν προσφέρουσιν. ἔχουσιν ὡς θεοὶς (αὐτοῖς) προσσιόντες, ἀλλ' ὡς θεοὶς ἀνθρώπων ἀντιβολῶντες, καὶ ἡμέρας προσεβλάπτας ὑπὸ σφῶν παρακαλοῦντες. ὅτι ὅταν χάνουσιν ὡς περὶ αἰῶσι οἱ πρὸς ἐπαγγέλλοις, ἀναφανδὸν μαρ-

μαρτυρεῖ τὰ ἴστων ἀναθήματα, τὴν ἰατρειάν δηλῶντα. οἱ
 μὲν γὰρ, ὀφθαλμῶν. οἱ δὲ, ποδῶν. ἄλλοι δ', χερῶν παρο-
 φέρουσιν ἐκτυώματα. καὶ οἱ μὲν ἐκ χρυσῶν, οἱ δ', ἐξ ὕλης
 ἀργύρου πεποιμένα. δέχεται γὰρ ὁ ἴστων δεσπότης καὶ τὰ
 σμικρὰ τε καὶ ἔθνη, τῆ δ' παροφέρουσιν δωδμή τὸ δῶρον
 μέγαν. δηλεῖ δ' αὐτὰ παροκείμενα ἴστων παθημάτων τὴν
 λύσιν, ἧς ἀνετέθη μνημεῖα παρὰ ἴστων ἀγτίων γεννημένων.
 τὰ δ' αὖτε κερύθη τῶν κειμένων τὴν δύναμιν. *Sani itaque ro-
 gant Sanitatis conservationem, qui verò cum aliquo morbo colluctan-
 tur, adverse valetudinis propulsationem; sed et steriles de liberis pre-
 cantur, atque infœcunda Matres fieri rogant, hujus voti sui atque
 muneris compotes, flagitabant sana sibi conservari munera, (liberos
 puta) qui peregrè proficiscuntur, obsecrant hos (Martyres) ut comites
 adsint, atque viæ duces. Qui verò revertuntur, gratiarum actionem
 deferunt, non tamen ut Diis, sed tanquam divinos homines orant, et
 fieri Legatos seu oratores pro se precantur. De tabulis verò votivis,
 quæ jam olim Martyribus sunt à voti compotibus suspensæ, quod
 si verò, pergit, participes sunt facti, de quibus precati sunt, fideliter
 consistuntur, palam testantur illorum donaria, sanitatem restitutam
 significantia. Hi quidem oculorum, illi verò pedum, alii manuum
 offerunt simulachra, nonnulla quidem ex auro, quedam verò ex argenti
 materia elaborata, namque accipit eorum (Martyrum) Dominus et-
 iam parva et vilia, estimans donativum juxta potestatem offerentis.
 Hæc verò, omnium oculis subjēta, subinnuunt morborum solutionem, cu-
 jus monumenta reposita sunt à sanitatem recuperantibus. Quæ verò
 obdormientium virtutem deprædicant! hætenus Theodoretus.
 Ecquid verò ad hæc Dominus Martyrum? ita edicit Psalmo L. 15.
*Invoca me (non Sanctos) in die tribulationis, et eruam te, et hono-
 rificabis me, (non Sanctos.)* Rectissime Magdeburg. Centur. V.
 cap. 15. in fine de Theodoro judicant: *Contra opinionem de Mar-**

tyrum eorumque reliquiarum contemptu opponit primùm Ethnicam consuetudinem honorandi mortuos heroës. Deinde rectè dicit, Christianos nec hostias, nec libamina iis deferre. Tertio ex Pindaro, Empedocle & Heracleto probat, eos non carere sensu. Actandem ex illis Sanctis Hæreticorum Patriarchis concludit, Martyres & Medicos & auxiliares, colendos esse. Et sic vehementer conatur Græcos ab Ethnicis festis ad Martyrum festiuitates celebrandas adducere: quomodo non abolita, sed fucata & aucta est superstitio. Confer. iidem cap. IV. fol 512.

§. 14. Gregorius quoque Nazianzenus Orationem, quam habuit de Cypriano, quæ ordine XVIII. est, antequam concludat, Cyprianum Martyrem his invocat verbis: Σὺ δὲ ἡμᾶς ἐποπτεύοις ἀνοθεὶν Ἰλεως, καὶ τὸν ἡμέτερον διεξάγοις λόγον καὶ βίον, καὶ τὸ ἱερόν τ' ἴτο ποιμνιον ποιμαίνοις, ἢ συμποιμαίνοις, πάτε ἄλλα εὐθύνων ὡς οἶόν τε παρὲς τὸ βέλισον, καὶ τῆς βαρεῖς λύκας ἀποτερονόμησθαι, τῆς θηρευτῶν τῶν συλλάβων καὶ τῶν συλλέξεων, καὶ τὴν τ' ἀγίας τριάδος ἑλλαμψίν, ἧς σὺ νῦν παρῆσθαι, τελεωτέραν τε καὶ λαμπροτέραν ἡμῖν χαρίζομεν κίλ. Tu verò nos prospicias desuper propitius, & nostrum dirigas sermonem atque vitam, atq; hunc sacrum gregem pascas vel unà pascas, atq; cætera dirigas, quantum fieri potest, ad optimum, gravesq; Lupos, Syllabarum atque dictionum captatores, submoveas, Sanctæ Trinitatis, cui jam assistis, illuminationem perfectiorem atque clariorem nobis elargitus es. Hic Christo, Pastorum Principi, I. Petri V. 4 nihil reliquum est, quod agat, omnia enim Cypriano, Martyri, perficienda commendantur! Videtur verò Nazianzenus, ut & alii Patres in homiliis suis, schemate Rhetorico, Apostrophe, uti, ad vehementius commovendos auditorum affectus. Cæterum cœlitibus sanctis hæc inferiora cognita esse atque curæ, ipse Nazianzenus

nus subdubitat; Oratione enim III, adversus Julianum, fol. 50.
ἀκούε καὶ ἡ τοῦ μεγάλου Κωνσταντῆος ψυχή, ἐίης ἀϊαθνης, Audi
hec, exclamat, Magni Constantii (ita correxit Billius, pro Con-
 stantino, atque ita legendum esse Elias quoque Cretenfis censet)
anima, si quis est sensus! Augustinus tamen statuisse videtur, SS.
 Martyres harum inferiorum rerum sensum habere, sed quomodo
 id fiat, definire se posse negat: *Quanquam*, scribit tomo Ope-
 rum IV. Parte II. libro de cura pro Mortuis gerenda, cap. 16. pag.
 316. *quæstio vires intelligentiæ meæ vincat, quemadmodum opitulenti-*
tur Martyres iis, quos per eos certum est adjuvari: utrum ipsi per seip-
fos assint uno tempore tam diversis locis, & tanta inter se longinquitate
discretis, sive ubi sunt eorum memoriæ, sive præter suas memorias ubi-
cunq; adesse sentiuntur. An ipsis in loco suis meritis congruo ab omni
mortalium conversatione remotis, & tamen generaliter orantibus pro
indigentia supplicantum, sicut nos oramus pro mortuis, quibus utiq;
non presentamur, nec ubi sint vel quid agant scimus, Deus omnipotens,
qui est ubique presens, nec concretus nobis, nec remotus à nobis, exau-
diens martyrum preces, per angelica ministeria usque quaque diffusa,
præbeat hominibus ista solatia, quibus in hujus vitæ miseria judicat
esse præbenda: & suorum merita martyrum ubi vult, quando vult, quo-
modo vult, maximèq; per eorum memorias, quoniam hoc novit expedi-
re nobis ad edificandam fidem Christi, pro cuius illi confessione sunt
passi, mirabili ac ineffabili potestate ac bonitate commendat. Res hæc
altior est, quàm ut à me possit attingi, & abstrusior, quàm ut à me
valeat perscrutari: & ideo, quid horum duorum sit, an vero fortas-
sis utrumq; sit, ut aliquando ista fiant per ipsam præsentiam Marty-
rum, aliquando per angelos, suscipientes personam Martyrum, definire
non audeo, mallet à scientibus ista perquirere. Consilium igitur
 D. Augustini sequentes, hæc ab ipso DEO, qui solus maximè
 sciens est, ejusque Prophetâ, quem ipse Christus, posthabitis jam
 mortuis, audire nos jubet, Lucæ XVI. hujus quæstionis, de qua
 subti-

subtiliter philosophatur Hipponensium Episcopus, eamque scrutando multum se macerat, solutionem investigabimus, quam, verò decisam invenimus Esaia LXIII. 16. *Tu enim, ò DEUS, Pater noster es, Abraham nescit nos, & Israël ignorat nos.*

§. 15. Idem Augustinus Tomo Operum VI lib. XX. contra Faustum Manich. cap. XXI. pag. 464. *Colimus ergo, docet, eo cultu dilectionis & societatis, quo in hac vita coluntur sancti homines DEI, quorum cor ad talem pro Evangelii Veritate passionem paratum esse sentimus, sed illos tanto devotius, quanto securius post incerta omnia superata, quanto etiam fidentiore laude predicamus, jam in vita feliciore victores, quàm in ista adhuc usq. pugnantes.* Sed si per cultum dilectionis ac societatis, quo colendos esse vult Martyres, D. Augustinus innuit invocationem, quâ, tanquam Socii Curarum, uti Damascenus eos vocat, invocantur, eorumque auxilium imploratur, non possumus ei assentiri, alia enim ratio vivorum, alia defunctorum est, illi enim, vivi, adiri, informari, & de auxilio ferendo implorari possunt, non item defuncti. Præterea Invocatio Sanctorum, non huiusmodi cultus est, quem D. Augustinus dilectionis & Societatis cultum vocat, & cultui, quæ Latria dicitur, contradistinctus, sed est pars λατρείας, jubet enim DEUS: *invoca me &c.* Psalmo L. quam verò ipse Augustinus derogat Sanctis, qui autem totum removet, removet etiam partem: ita enim post verba supra allegata pergit: *At illo cultu, qui Græcè Latria dicitur, Latine uno verbo dici non potest, cum sit quedam propriè Divinitati debita servitus, nec colimus, nec colendum docemus, nisi unum DEUM &c.* Ipsi enim Sancti vel homines vel angeli exhiberi sibi nolunt, quod uni DEO deberi nõrunt. Apparuit hoc in Paulo & Barnaba, cum commoti miraculis, quæ per eos facta sunt, Lycaonii tanquam Diis immolare voluerunt, conscissis enim vestimentis suis, confitentes & persuadentes, se Deos non esse, ista sibi fieri vetuerunt, Act. XIV. Apparuit & in Angelis, sicut in Apocalypsi legimus,

mus, cap. XIX. & XXII. Angelum se adorari prohibentem, ac dicentem adoratori suo: conservus tuus sum & fratrum tuorum. Ista sibi planè superbi Spiritus exigunt, Diabolus & Angeli ejus, sicut per omnia templa & sacra Gentilium. Quæ quidem Augustinus augustè. In eandem sententiam Cyrillus Alexandrinus, Lib. VI. adversus Julianum fol. 72. At Sanctos, scribit, Martyres neg, Deos esse dicimus, neque adorare consuevimus; laudamus autem eos potius summis honoribus, quod pro veritate strenue certarunt, & fidei sinceritatem servarunt. Cui assentitur Ecclesia Smyrnenfis apud Eusebium lib. IV. Hist. Eccles. cap. XIV. fol. 99. Postquam enim Judæi Christianis ossa combusti Polycarpi inviderent, ne scilicet crucifixo illo derelicto, hunc venerari incipiant, Christiani hunc Judæorum supervacaneum timorem hunc in modum exhibent: Αγνωστές ὅτι ἔτε τ' χριστὸν ποτε κατὰ λιπέϊν δυνησόμεθα, τ' ὑπὸ τ' ἑ παντὸς κόσμου τῶν σωζομένων σωτηρίας παθόντα, ἔτε ἕτερον ἵνα σέβειν. τῆτον γὰρ ὑδὸν ὄντα ἑ θεῶν προσκυνῶμεν. τὴς ἱ μάρτυρας, ὡς μαθητὰς ἑ κυρίως καὶ μιμητὰς, ἀγαπῶμεν ἀξίως, ἕνεκα εὐνοίας ἀνυπερβλήτε τ' εἰς τ' ἴδιον βασιλέα καὶ διδάσκαλον, ὧν γένος καὶ ἡμεῖς συγκοινωνοὶς τε καὶ μαθητὰς γειέσθαι. Ignorant scilicet Judæi, quod neg, Christum unquam derelinquere possimus, quippe qui pro salute totius mundi salvandorum est passus, neg, alium quempiam colere. Martyres autem, ut Discipulos Domini & Imitatores, condignè amamus, propter eximiam benevolentiam erga proprium Regem atq, Magistrum, quorum nos participes atq, Discipulos fieri votum est. Atque ita è Scriptotibus recentioribus Pontificiis sentire videtur Jacobus Pamelius, Brugensis, in Adnot. ad Tertull. in librum ad Martyres, cap. II. num. 22. Gratulatorie ergò preces erant potius, quibus quum DEO gratias agebant, qui Martyribus eam gratiam & tantum dignationis contulisset; tum simile donum cœlitis sibi dari concordibus votis flagitabant, ceu adhuc canit Ecclesia, Gaudeamus in Domino & reliqua.

§. 16. Sicuti vero ex Martyribus Deos, ita porrò Christos ex iisdem superstitione fecit, isti quidem errori virtute, ut audivimus, reliquiarum, huic passionum magnitudine ansam prae-bente; toleraverunt enim magna fidei constantiâ & patientiâ magnâ: *picem ferventem, lapidationes, calamos acutos in facies & oculos impulsos, tractiones per strata viarum, illisiones ad lapides, verbera, flagellationes, exustiones, transverberationes viscerum per sudes, gladium, contractionem membrorum, è sublimi præcipitationes*, Eusebius ex Dionysii Scripto de Martyribus Alex. quibus Vincentii speculum etiam equuleum addidit, *lacerationes per ungues ferreos, lampades lateribus Martyrum admotas, bestias, suspendiâ*. Fuit etiam usitata supplicii forma, *damnatio ad metalla &c.* Magdeburgenses Centuria III. cap. III. fol. 19. confer. Joannes Pappus in Epitome Histor. Ecclesiast. pag. 128. & ibidem Eusebius Bohemus pag. 404.

§. 17. *Martyrium immodicè extulerunt omnes hujus aetatis Scriptores. Tertullianus enim ferè cum Baptismo aequat, in Scorpiaco: Sordes quidem, inquit, baptisate abluuntur, macula verò Martyrio candidantur, & quæ sunt reliqua, apud Magdeburg. Centur. III. cap. IV. fol. 85. Et Cent. IX. cap. IV. fol. 212. Martyrium ait esse Baptismi vice Rabanus: Hinc quoque Martyrium, quod pro Christi nomine patiuntur fideles, creditur esse purgatio omnium delictorum, sicut dicit Petrus Apostolus: Christus passus est pro vobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus, libro V. de sermonum proprietate, cap. II. loquitur Apostolus, quemadmodum è textu liquet, de sequela Christi in passionibus atque cruce, non verò in redemptionis opere, ubi nullum comitem vel causam sociam habet, prout dicit: Torcular calcavi solus, & de populis non est vir mecum, Esaia LXIII. 3. Gregor. Nazianzeno, Orat. XVIII. fol. 276. Martyres dicuntur inter alia: Ἰὺματὰ τέλεια, νόμος συμπλήρωσις, ἀμαρτίας κατὰ κλισίον, κόσμος κατὰ ἄριστον, hostia perfecta, legis complementum, peccati diluvium, Mundi lustratio,*

tio, quæ nimia, & Christi meritum extenuantia prædicata sunt! Uluardus quoque minus rectè scribit in Martyrologio V. Idus Apr. In Syrmio passio Sanctarum VII. Virginum, quæ dato simul pretio sanguinis, vitam mercata sunt æternam, Confer Maurolycum & Martyrol. Roman. simili modo Ado XV. Calend. Martii de VII. Martyribus asserit, dato pretio sanguinis, vitam mercatas esse æternam. Wandebertus ad IV. Calend. Maji:

Quarta Vitalem Christi pro nomine cæsum
Commemorat, vitam meruit qui morte perennem.

Franciscus Maria Florentinius, recentior Scriptor, ad editum vetustius Ecclesiæ Occident. Martyrolog. Non. Martii, fol. 368. *Ultimam, optat, tantarum Martyrum, Perpetue & Felicitatis, meritis & intercessionibus roborati, perpetuam in cælis felicitatem consequi mereamur.* Aliter Christus docet Matth. XX. 28. & Apostolus I. Tim. II. 6. Ambrosius sermone VI. de Margaritha, Tomo III. *Fratres, quotiescung, Martyrum memorias celebramus, prætermisiss omnibus seculi actibus, sine aliqua dubitatione concurrere debemus, & reddere illis honorificentiam, qui nobis salutem profusione sui sanguinis pepere-runt, qui tam sacra hostia pro nostra propitiatione Domino sunt oblati, præsertim cum dicat ad Sanctos suos omnipotens Deus: Qui vos honorat, me honorat: & qui vos spernit, me spernit. Quisquis ergo honorat Martyres, honorat & Christum: & qui spernit sanctos, spernit & Dominum. Cogitet pius lector, quam tetra sint ista. Nam solus Christus expiavit peccata. Neque verò ideo honorandos Apostolos docet, q. ò nostra peccata expient: Sed quia doctrinam Christi fideliter tradunt. Hæc tam crassa igitur videntur huic patri aliunde irrepsisse. Magdeburg. Centuria IV. cap. IV. fol. 302. In Editione Parisiensi 1614. quam possideo, sermo ille non extat; sermone tamen VI. in Festo SS. Martyrum Octavii, Adventitii & Solutoris habito fol. mihi 135. gemina docet: Nam licet universi Sancti ubiq, sint, & omnibus profint, specialiter tamen illi pro nobis interve-niunt, qui & supplicia pertulere pro nobis. Sed & ipse Augustinus hb. XX. cap. 21. contra Faustum scribit: *Populus autem Christia-**

*nis memorias Martyrum religiosâ solennitate concelebrat, & ad exci-
 tandam imitationem, & ut meritis eorum consocietur &c. Quibus
 verbis merita Martyribus non solum adscribit, sed & per cultum,
 eorum Populum Christianum eorum meritorum participem fie-
 ri contendere videtur; Rectius docet idem lib. VIII. de Civitate
 DEI, cap. 27. Non autem ista esse sacrificia Martyrum, novit, qui no-
 vit, unum, quod DEO illic offertur, Sacrificium Christianorum,
 Martyrum passiones non sunt meritoria, ut Christi passio, eaque
 sola, meritoria est, is enim pro Nobis passus est, quemadmodum in
 Symbolo Apostolico confitemur, Martyres non pro nobis sunt pas-
 si. Notanda igitur hîc est adhortatio Dominica: Tunc si quis vo-
 bis dixerit: Ecce hic est Christus, aut illic: nolite credere, Matth.
 XXIV. 23.*

§. 18. Sicuti verò merita Passionis, simili modo & inter-
 cessionem Christi Martyribus ejus tribuit supersticiosa admiratio
 Martyrum. S. Ambrosius Tomo Operum V. Sermone XIV. in
 Festo SS. Nazarii & Celsi Martyrum, fol. 146. E. *Intercessores
 Mundi* eos salutat, & sermone XVII. de Laurentio, fol. 150. docet:
*Debent enim Martyres in nobis aliquid de suis virtutibus recognosce-
 re, ut pro nobis dignentur Dominum supplicare, & contra malas concu-
 piscencias, ipsis intercedentibus, repugnemus.* Apud Theodoretum
 l. c. Ecclesia Martyres rogat, *γενεδοται προσευχεταις υπερωσων.*
*Fieri Legatos, Oratores, vel ut Latinus Interpres, Zenobius Ac-
 ciaolus extulit, Intercessores pro se.* Damascenus Lib. IV. de Or-
 thodoxa fide, cap. 16. *Της τω θεω υπερωσων τας εντελεχεις
 προσευχας,* Deo pro nobis supplicationes facientes vocat, & Orat. l. de
 Imag. *δενσεων συνεργοι,* Precum Cooperarii Martyres dicuntur.
 Origenes Adamantius homil. X. in Numeros, Tomo Operum I.
 fol. 107. E. & F. *Et quidem, scribit, quod Dominus noster JESUS
 Christus venerit, ut tolleret peccatum Mundi, & morte sua peccata no-
 stra deleverit, nullus, qui Christo credit, ignorat. Quomodo autem
 & si.ii auferant peccata Sanctorum, id est, Apostoli & Martyres, si po-
 terimus*

terimus ex Scripturis divinis probare, tentabimus &c. de Martyribus
scribit Johannes Apostolus in Apocalypsi, (cap. VI. 9.) quia animæ eo-
rum, qui jugulati sunt propter nomen Domini JESU, assistunt altari;
qui autem adsistit altari, ostenditur fungi sacerdotis officio, Sacerdotis
autem officium est, pro populi supplicare peccatis. Unde ego vereor,
ne forte, ex quo Martyres non sunt, & hostia Sanctorum non offeruntur
pro peccatis nostris, peccatorum nostrorum remissionem non merea-
mur, &c. Quam verò hæc sint pudenda, & homine Christiano
indigna, quilibet scilicet me tacente, videt: potuisset sanè Adaman-
tius hoc labore, quo probare ex Scripturis nititur, quod Apostoli
quoque atque Martyres peccata nostra auferant, omnino superfedere.
Verbum adsistere, cui tamen omne collectionis Origenianæ
robur innititur, in textu profus abest, & si vel maximè adesset, id,
quod inferre inde attentavit Origenes, non sequeretur. Sacerdos
Noster unus est JESUS Christus, docente Paulo in Epist. ad He-
bræos. Animarum interfectorum seu Martyrum requies
ἡ ἀνάπαυσις ἡμῶν ὑπὸ τῷ θρόνῳ τοῦ Θεοῦ ἐστίν, confer. Notæ in Paraphrasin
Chald. I. lib. Chron. XXI. 15. ex eo, quod Martyres non fiant,
& hostiæ Sanctorum non offerantur, vereri, peccatorum nostro-
rum remissionem impediri, timor est supervacaneus, atque mentis
heterodoxæ. Similiter S. Ephrem, Syrus, atque Ecclesiæ Edeffan-
næ seculo III. Diaconus, sermone de Virginitate, Ambrosio Ca-
maldulensi Interprete, pag. mihi 193. ita perorat: Precamur,
Beatissimi Martyres, qui pro Domino Salvatore, proque illius Charitate
sponte & impigre tormenta subistis, atque ideo familiarius Domino con-
juncti estis, ut pro nobis miseris & peccatoribus, & negligentis squalore
sordentibus, Dominum interpellare dignemini, ut superveniat in nos
gratia Christi, quæ corda nostra radio sanctæ charitatis illustret, ut
ipsum toto corde diligere possimus. Sed sicut Deus unus est, ita etiam
est unus mediator inter Deum & hominem, atque is est Jesus Christus, I.
Tim. II. 5. Idemque Advocatus sive Intercessor noster est, I. Joh. II. 1.
Qui etiam interpellat pro nobis, Rom. VIII. 34.

§. 19. S. Hieronymus, Tomo Operum II Epist. LIII. ad-
versus Vigilantium, cap. III. fol. mihi 159. F. ita colligit: *Si, inve-*
hitur, Apostoli & Martyres, adhuc in corpore constituti, possunt ora-
re pro cæteris, quando pro se adhuc debent esse solliciti, quanto magis post
coronas, Victorias & triumphos! Sed nulla hæc est consequentia;
Apostoli & Martyres orant pro aliis vivi, ergo etiam mortui. Neq;
ita satisfactum est objectioni Vigilantii, quæ est, *dum vivimus, mu-*
tuo pro nobis orare possumus, postquam autem mortui fuerimus, nullius
sit pro alio exaudienda oratio, præsertim cum Martyres, ultionem sui
sanguinis obsecrantes, (Apocal. VI. 9.) impetrare non quiverint, ut
apud eundem Hieronymum legere est. Cùm enim Abraham atque
Jacob, omnesque alii Sancti, nos ignorent, ut expresse legitur Efa.
LXIII. quì quæso orare pro nobis possunt! Distinguendum,
verò hic est inter notitiam generalem & specialem, inter præteri-
torum recordationem & præsentium scientiam, inter revelationem
extraordinariam, & ordinariam notitiam, videatur B. Johan. Ger-
hardus, Loc. commun. Tom. VIII. pag. mihi 603. & seqq. Sed &
D. Augustinus semel atque iterum intercessionem Martyrum asserere
videtur: Libro enim XX. contra Faustum, cap. 21. scribit: *Pop-*
ulus autem Christianus memorias Martyrum religiosa Solennitate con-
celebrat &c. ut orationibus (Martyrum nimirum) adjuvetur. & To-
mo operum IX. tractat. 84. Expofit. in Evang. Johan. fol. 555.
Ido quippe, scribit, ad ipsam mensam non sic eos (Martyres) commo-
ramus, quemadmodum alios, qui in pace requiescunt, ut etiam
pro eis oremus, sed magis ut orent ipsi pro nobis, ut eorum vestigiis adbe-
reamus, quia impleverunt ipsi charitatem, qua Dominus dixit, non
posse esse majorem, & alibi: quæ verba postquam Magdeburgenses
recitassent, & alia ex Chrysofomo, non male subjiciunt: Sic pau-
latim Invocatio mortuarum Creaturarum invaluit, si tamen illorum
prestantium Virorum scripta non sint falsata. Paulo ante conque-
runtur: *Etsi autem initio tantum fuerit recordatio quædam Marty-*
rum, ceu testium insignium Veritatis, & adhortatio ad similes virtu-

tes: tamen paulatim accessit abusus & falsa invocatio, Centur. V. cap. VI. fol. 674. Et Centur. VI. cap. IV. fol. 282. iidem scribunt: Sanctis nimium adscriperunt plerique hujus aetatis Scriptores, honorem, soli Deo competentem, eis attribuentes; Ennodius inquit &c. Gregorius inquit: Cujus corpus vos cooperuistis in terra, ejus vos intercessio ab omnibus peccatis protegat in caelo, &c. & Centur. VII. cap. VI. fol. 164. In gestis Metensium ita loquuntur. Sancti, sola immortalitatis induti, non indigent nostra veneratione, & nostris annuis solennitatibus. Sed provisum sunt nostrae infirmitati haec divina subsidia, ut quotiescunque per tempora revoluta, perque assignatos dies Sanctorum merita recordamur, & in recordando dulces venerationis affectus exhibemus, eosdem sanctos nobis ad evitanda mala, & ad acquirenda bona dulces patronos & pios exoratores apud Deum mereamur.

§. 20. Et quid putas causae fuit, ut Domino sepeliente corpus Moysi, nemo cognoverit Sepulchrum ejus usque in praesentem diem, quemadmodum Deuter. XXXIV. 6. legitur? scilicet factum hoc est à DEO, ne Judaei colerent ipsum, tanquam DEUM, propter magnitudinem & multitudinem signorum, ut recte censet Nicolaus de Lyra, in Glossa. Quae fati indicio sunt, DEO cultum reliquiarum demortuorum, utur hominum sanctorum, non esse gratum & acceptum. B. quidem Protomartyrem, Stephanum, moriturum, JESUM invocasse, attestatur autoritas divinarum Scripturarum, Actor. VII. ult. At verò Protomartyrem deinde, vel Jacobum, aliosve infecutos Martyres, ab Apostolis Christi & Discipulis eorum invocatos esse, nusquam legimus. Sanè, si Christi, ejusque Apostolorum vel mandatum, vel exemplum prosteret, invocaturi & ipsi Sanctos essemus; jam verò altum de hoc in S. Evangeliiis & Apostolicis scripturis est silentium. Nullus autem dubito, si S. Nazianzenus, si D. Augustinus, caeterique Ecclesiae Graecae juxta atque Latinae Doctores, gente Judaei fuissent, quemadmodum Petrus & Paulus, cum reliquo Apostolorum choro fuerunt, eos nunquam ita scripturos fuisse de Sanctis, eorumque cultu, quemadmodum scripserunt:

psferunt::

plerunt: jam verò Sancti Patres magnam partem Gentiles nati sunt,
partim verò inter eos versati:

Quo semel est imbuta recens servabit odorem
testa diu.

Gentilium igitur, quos adversarios in primis habuere, Heroibus atque Diis, opposuere suos Martyres & Confessores Christiani, vide supra §. 11. Gentilitia in eo sacra, non Apostolorum atque primitivæ Ecclesiæ ritum sequuti, intentione tamen haut malâ: in quo quidem aliquid humani passi sunt Viri Sancti, homines enim fuere, qui poverunt labi, atque hic & alibi sunt lapsi; Porro autem cum apud Posterios magna fuerit SS. Patrum auctoritas, & omnia, quæ ab iis profecta sunt, sive benè, sive secus essent dicta, sine ullo detractu acceptata, hinc nævi atque errores eorum, qui tam hic, quam aliàs, non satis attentis (quandoque bono etiam dormitante Homero) exciderunt, remonstrati etiam, defensi sunt tamen abs iis, qui eos magis, quam Veritatem, amant, hodieque à Cultoribus Sanctorum vehementer zeloque cæco propugnantur; Atque ita quidem *ea res lapsu temporum, ubi cultus Sanctorum ultra decorum auctus est, in superstitionem vertit*, ut rectè judicat Joachimus Hildebrandus in Enchiridio, de Priscæ & primitivæ Ecclesiæ diebus festis, cap. 3.

§. 21. Ex dictis, ut concludamus tandem, hoc efficitur, honorandos equidem esse Martyres, ut & Sanctos homines alios, non adorandos. Quomodo verò vel maximè honorentur, ut doceamus, restat, fit autem illud, ut paucis dicamus, *scilicet* magnitudine, & *vite* sanctitate. D. Gregorius Nazianzenus, Orat XVIII de Cypriano sæpius citata, fol. 285. postquam corporis macerationem, animæ ascensionem, vitii fugam, virtutis incrementum &c. nominasset, pergit: *τέτοις Κυπριανὸς χαίρει μᾶλλον ἢ πᾶσιν ἄλλοις, ἢ πᾶσιν ὁμῶς τοῖς ἄλλοις*, *his Cyprianus delectatur magis honoratus, quàm omnibus simul aliis*. D. Ambrosius sermone XVII. de Laurentio, fol. mihi 150. *Honoremus igitur fratres*, hortatur, *B. Laurentium*,

fol. 606. *Nemo est, inquit, qui nesciat Martyrum Glorias ad hoc divino consilio à DEI populis frequentari: nisi ut & illis debitus honor dicatur, & nobis Virtutis exempla, favente Christo, monstrantur.* Et sermone altero de Martyribus: *Qui, docet, Sanctorum merita religiosâ Charitate miratur, quiq; justorum glorias frequenti laude colloquitur, eorum mores sanctos atq; justitiam imitetur: quoniam, quem delectat Sancti alicujus meritum, delectare debet par circa cultum DEI obsequium, quare aut imitari debet, si laudat, aut laudare non debet, si imitari detrectet &c.*

§. 23. Hoc, nisi fallor, innuere voluit Ecclesia Smyrnen-
sis in sua Epistola ad Ecclesiam Philomiliensem de Martyrio Do-
ctoris sui Polycarpi, martyris, quando scripsit: celebraturam se
esse diem natalem Martyrii ejus, pro antecedentium Martyrum
memoriâ, καὶ τῶν μελλόντων ἀσκησῖν τε καὶ ἐτοιμασῖαι,
hoc est: & pro futurorum Martyrum exercitatione & præparatione,
ut nimirum in fide, confessione & constantia, amore erga Domi-
num, spe, cæterisque Virtutibus Christianis exerceantur, sicque ad
hoc pugnae genus, præmissis tyrociniis & progymnasmatibus qui-
busdam, præparentur. Ferè Divus Augustinus præteritus fuisse:
ita autem ille scribit, citato aliquoties libro XX. contra Faustum
Manichæum, cap 21. Populus autem Christianus memorias Mar-
tyrum religiosâ solennitate concelebrat, *ad excitandam imitatio-
nem &c.* & lib. VIII de Civitate Dei, cap 27. *Honoramus, scribit, me-
morias eorum, Martyrum &c. ut eâ celebritate & DEO vero de illorum
Victoriis gratias agamus, & nos ad imitationem talium coronarum atq;
palmarum, eodem invocato in auxilium, ex eorum memorie renovatio-
ne adhortemur.* Agmen claudat, qui illud duxit, D. Gregorius
Nazianzenus Orat. XVIII. fol. 276. *Nam, scribit, cum multa nos ad
melioris vite studium ducant &c.* Ἐδὲν ἑλάττων ἡμῶν εἰς παιδαγωγίαν οἱ Μάστρες, *nihilominus nobis ad pedagogiam seu vitam in-
stituendam Martyres scil. profunt: & Orat. IX. fol. 151. & seq.*
elegant-

elegantissimè scribit: *Quam ob causam vulnera, vincula, cruciatus, ignis minas, gladiatorum aciem, belluarum furorem, tenebras, famem, voragines, pecuniarum direptiones, membrorum abiectiones, mortem denig, atque extrema omnia prompto & alacri animo, tanquam in alienis corporibus dimicantes, sustinuerunt Martyres! ut quid essent, ut quid consequerentur, omnibus utiq; in prospectu essent, vel nobis tacentibus. Non igitur nos etiam cum eadem spe, sub eodem certaminis Designatore atq; Arbitro, adversus eundem tyrannum aciem instruamus, truculentum inquam illum, & tunc, & nunc etiam, animarum persecutorem, invisibilem hostem & adversarium? non pari virtute in hoc mundo, quasi in communi theatro, certabimus (si non periculi acie, & qua protinus defungi liceat, at in quotidianis saltem dimicationibus atq; palæstris) ut easdem coronas, aut his proximis, assequamur? Equidem omnes, tam Viros quam fœminas, tam senes quam Juvenes, tam Urbanos quam rusticos, tam privatos quam Principes, tam divites quam pauperes hortor, (idem enim certamen omnibus propositum est) ut ad pugnam cum hoc hoste conferendum impigre se accingant, ac non ignavia laborent, ut moras neclant, atq; occasionem, quam nulla postea ratione nancisci liceat, abjiciant, laboris enim presens hoc tempus est, futurum premiorum.*

§. 24. Atque hæc hæcenus de Martyribus aliisq; Sanctis, atq; imitatione eorum in fide atq; vitâ; in quibus, si exerceamur, majorem certè cum Martyribus, omnibusque Sanctis aliis inibimus gratiam, quam si cum Hagiolatris eos invocemus & adoremus, quæ cultum, tanquam indebitum sibi atq; illicitum ipsimet renuunt, & Deo soli exhibendum esse volunt: ita enim orant Psalmo CXV. 1. *Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.* & Apoc. V. 12. *conclamant: Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & divitias, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem.*

CAP. VIII.

DE
SANCTORUM MEMORIIS
IN SPECIE.

S. I.

Postquam superiori capite de Martyribus, aliisque Sanctis in genere disputavimus, consequens nunc est, ut de iisdem in specie dicamus, dividemus autem eos, secundum ordinem mensium Anni, tanquam cœlestem quendam Sanctorum Zodiacum, in XII. partes. Primum recensebimus illos Antiquiores atque insigniores Sanctos, quorum memoriae mense *Januario* celebrantur, atque in membrana nostra sunt consignata: VII. Id. Januar. *Isidorus*, *Isidorus* Martyrol. Gellonensi corruptè vocatur, quem recensent Beda in Ephemeride, Tomo operum I. fol. 190. Martyrologium, uti dictum, Gellonense, MS. Florarium apud Bollandum, Maurolycus, Galestinus, Missale Ecclesiæ Augustinæ, & Sethus Calvisius in Calendario; in reliquis omnibus, quos equidem vidi, abest. Bollandus in actis Sanctorum Januar. fol. 354. cum inter Prætermisos vel in alios dies rejectos habet, & eundem cum Isidoro, qui Antiochiæ coli dicitur, & 2. Januar. memoratur, esse conjicit, quod verò non videtur, cum Gellonense Martyrologium & Maurolycus utrumque recensent, tanquam diversos, dicitur Gellonensi & Maurolyci Martyrologiis Episcopus, Galestinio etiam Martyr, & Nicomediæ passus. Die IV. Idus Januar. *Paulus*, primus Eremita, Thebaide in Ægypto, anno ætatis 115. Anno verò 6. Constantini, Constantii & Constantis, sive Anno Domini 346. secundum Baronium, mortuus est. Idibus Januarii *Hilarius*, Episcopus & Confessor, Pictavi in Gallia, Anno 5. Valentiniani & Valentis, hoc est, Anno Domini 372. moritur, juxta

Chro-

Chronicon Hieronymi, de ætate consuli quoque possunt Rabanus, Notkerus, Galefinius & Claudius Robertus, in Gallia Christiana, fol. 445. XIX. Calend. Februarii *Felix*, Presbyter & Confessor, Nolæ in Campania, in loco Pincis dicto, sepultus, teste venerabili Beda in Martyrolog. sub Diocletiano, juxta G. Genebrardum in Calendario Romano. Idem dies alii quoque Felici, Martyri, dicatus est, videatur P. Galefinius, cum quo Confessor non est confundendus. XVII. Calend. Febr. *Marcellus* (Græci atque Calendar. Runicum cum Marcellino confundunt,) Papa atque Martyr, Romæ in via Salaria in Cæmeterio Priscillæ, sub Maxentio Anno Domini 309. juxta Calvisium, vel 310. secundum Chronicon ex Onuphrio collectum sepultus. Quidam Confessores dicunt, ut Martyrologium S. Galli MS. & Vetusius Occidentalis Ecclesiæ à Florentino editum, qui, si volupe est, evolva- tur; Sed ibidem in Calendario Bibliothecæ Canonorum Lucensium MS. in Martyrologio Gellonenfi, ut & Romano, Martyr audit; Unde Wandelbertus canit:

Septima post decimam Marcelli Martyris atque Pontificis summi meritis & nomine fulget.

XVI. Calend. Febr. *Antonius*, Monachus, Thebaide in Ægypto, Anno ætatis 105. Imperii Constantii 21. Domini verò 361. moritur, juxta Chronicon Hieronymi. Eodem die Tergemini, *Speusippus*, *Eleusippus* & *Meleusippus* Lingonis in Gallia passi sunt, non sub Aureliano, ut communiter referunt, sed sub M. Aurelio, ut rectè Surius apud Galefinium rescribit, confer Baronium in Notis die xv. Calend. Februar. *Prisca*, Virgo atque Martyr, Romæ sub Imperio Claudii Anno Christi 47. passa est, juxta Galefinium; Baronius dubius & inconstans est, nunc enim sub Claudio Juniore, Gallieni Successore, jam verò sub Claudio Seniore, Neronis Antecessore, passam esse, asserere videtur. XIV. Calend. Februar. *Maria* & *Martba*, Sorores Lazari, Hierosolymis commemoratæ, ita quoque

N. 3

Marty-

Martyrologiū Gellonense, atq; Vetustius Occidentalis Ecclesiæ Florentinæ, & apud illum Martyrologium Antwerpense & Corbeien-
se, & Codex Regiæ Sueciæ, Christinæ, ut & Martyrologia Raba-
ni & Norkeri: Beda tamen, Ado, Ufuardus, Maurolycus & Mar-
tyrologium Romanum, Marii & Marthæ, nobilium conjugum Per-
farum, Romæ sub Claudio passorum, natalem esse volunt. XIII.
Calend. Februar. *Fabianus*, Papa & Martyr, Romæ occisus, & in
Cœmeterio Callisti sepultus est, Decio II. & Annio Grato COSS.
i. e. Anno Christi 249. *Sebastianus* verò Martyr Diocletiano &
Maximiano Imperatoribus, Anno Domini 286. juxta Baronium
apud Calvisium, passus, & Romæ ad catumbas est sepultus. XII.
Calend. Februar. *S. Agnes*, Virgo atque Martyr, Romæ in ultima
Persecutione sub Diocletiano, circa Annum Christi 303. secun-
dum Baronium in Notis ad Martyrol. Roman. & M. Dresserum
in libello de Festis diebus, juxta Calvisium seq. anno est passa. XI.
Calend. Febr. *S. Vincentius*, Diaconus & Martyr, Valentia in Hi-
spania, sub Præside Daciano, Imperante Diocletiano & Maximi-
no, Anno domini 300. passus est, juxta Maurolycum & Gen-
brardum. X. Calend. Februar. *Emerentiana*, (ita enim est cur-
Beda cœterisque Martyrologis legendum) Agnetis Collactanea
Virgo atque Martyr, Romæ lapidata. *S. Macharius* vel *Macarius*
Abbas atque Martyr, cujus meminere Martyrologia MSS. Ant-
werpense, Lætiense, Tornacense, apud Hentschenium & Pape-
brochium Tomo II. Actorum SS. Martii, fol. XI. B. Item Antwer-
piense, Corbejense, Regiæ Sueciæ, & Parvum Hieronymianum
apud Florentinum in Martyrologio Vetustiori Occidentalis Eccle-
siæ, quod & ipsum eum exhibet, ut & Gellonense, Ufuardi, Raba-
ni, atque Galefinii Martyrologia impressa; passus esse dicitur, sub
Juliano Apostata, in Oasi, Arabiæ Urbe, securi percussus, Auctore
Metaphraste in S. Arthemio, apud Menardum, qui tamen 20. die
Decembris commemoratur: Galefinius vult, Moguntia esse
passum, ex Breviario Moguntino, plures enim hujus nominis fue-
runt,

runt, Molanus. VIII. Calend. Febr. *Conversio S. Pauli, Apostoli*, contigit Damasci, Actorum IX. de Anno disputatur, vid. Galefinius & Baronius, ut & Compendium Histor. Ecclesiast. Gothanum. Ufuardus, Maurolycus, & Martyrologium Romanum altero post ascensionem Domini anno Paulum conversum esse volunt, quorum sententia non improbabilis esse videtur. Utut verò hæc festivitas olim celebris fuerit, posterioribus tamen temporibus usu prætermissa est, ut Innocentius III. (qui Anno 1198. sedit) necesse habuerit, eam restituere, Baronio teste; mirum itaque non est, eam rubricâ in Calendario nostro pervetusto notatam, & inter Festa relatam non esse. V. Calend. Febr. *S. Agnes* secundò commemoratur, ita quoque Beda, Ufuardus, Ado, Maurolycus, & Martyrologium Romanum, rectè, multoque melius, quam in Ephemeride Bedæ, *Octava S. Agne Virginis* dicitur, non enim octava, vel repetitio superioris festi, sed peculiaris celebritas est: vid. Durandus lib. VII. cap. 3. Galefinius & Baronius. Rabano dicitur *Genuinum* Festum, hoc est, *de Nativitate*, Notkero, *Natalis Genuinus*, vel ut in margine additur, *Geminus*; Unde Florentinius discere potuisset, quid sibi vellent, *Agna Inguinum* in Codice MS. Epternacensi seu Antwerpiensi.

§. 2. Sancti, quorum dies natales *Februario* mense commemorantur, sequentes sunt, qui quidem in membrana nostra notati reperiuntur: Calend. Febr. *S. Brigida*, Virgo, in Scotia sub Justiniano, Anno Christi 521. moritur. III. Non. *S. Blasius*, Episcopus atque Martyr, apud Sebasten Cappadociæ, Imperante Diocletiano, à Præside Agricolaò martyrio afficitur; de quo Petrus de Natalibus, in Catalogo Sanctorum, Lib. III. cap. 76. more suo, suaviter fabulatur. Nonis *S. Agatha*, Virgo atque martyr, Catanæ in Sicilia, non sub Diocletiano, ut volunt Beda & Rabanus, sed sub Decio, juxta Adonem, Notkerum & Maurolycum, Galefinium atque Baronium, Anno Christi 252. passa est, secundum Sethum Calvisium. VIII. Idus Febr. *Vedastus*, Episcopus

scopus & Confessor, in Civitate Aderato vel Atrebatō in Gallia, sub
 Heraclio, ut vult Maurolycus, vel Anno Domini 570, moritur,
 juxta Baronium in Notis ad Martyrologium Roman. VI. Idus
Juliana Virgo, de hac omnes alii tacent; Beda in Ephemeride,
 die præcedenti recenset, quem sequitur Martyrologium Roma-
 num, quod ita legit: *Bononia S. Juliana Vidua*, ubi vidua dicitur,
 quæ Nostro atque Bedæ Virgo audit, *de eadem Tabula Ecclesiæ Bo-
 noniensis* testantur, Baronio auctore. IV. Idus *Soteris*, Virgo
 atque Martyr, quæ, ut Beda, Uuardus, Ado, Notkerus Mauro-
 lycus & Galefinius volunt, in Oriente, sed juxta Martyrologium
 MS. Gellonense, Antwerpense, Corbejense, Reginæ Sueciæ, &
 in quo illa allegantur, Verustius Occidentalis Ecclesiæ, Romanum,
 Romæ, viâ Appiâ in Cœmeterio ejusdem, Diocletiano IX. & Ma-
 ximiano VIII. COSS. hoc est, Anno Christi 304 est passa, juxta
 Acta S. Pancratii apud Baronium. XVI. Calend. Martii *Valen-
 tius*, martyr, utrum Presbyter, an verò Episcopus innuatur, uterque
 enim hoc die commemoratur, à Beda in Martyrologio, Uuardo,
 Adone, Rabano, Notkero, Maurolyco, Galefinio, Baronio,
 incertum est; puto tamen, illum potius innui, nisi tamen unus
 idemque fuit, quod ex Beda in Ephemeride, Wandelberto, Mar-
 tyrologio Gellonensi, Corbejensi, Florentiniano &c. colligo, quæ
 unius duntaxat Valentini meminerunt, inprimis verò ex Martyro-
 logio Epternacensi seu Antwerpensi hoc conjicio, quod ita legit:
Inieramne via Flaminia Natalis Valentini; dicitur is sub Claudio
 Imperatore passus, fides sit penes auctores. XIV. Calend. Martii,
Juliana, Virgo atque Martyr, Cumas in Campaniam translata est,
 quæ paulò ante Nicomediæ sub Maximiano Anno Domini 290.
 fuerat passa. X. Calend. Martii Eucharis vel *Eucherius*, Aureliæ
 Episcopus; hunc nullibi lego, nisi in Martyrologio Romano, Gale-
 finii & Baronii, ut & in Missali secundum ritum Ecclesiæ Augu-
 stanæ, sequenti die Beda, Rabanus, & Notkerus commemorant,
 floruit temporibus Caroli Martelli, Anno Christi 727. defunctus,
 Baro-

Baronius. VII. Calend. Martii *Vigilia*, scil. Matthiæ, annotantur etiam à Beda, Martyrologio S. Galli, Romano, & Maurolyco: de Vigiliis diximus suprâ, cap. VI. §. 6. VI. Calend. Martii *Matthias*, *Apostolus*, in Palestina, uti scribunt Rabanus & Notkerus, Anno ab ascensione Domini tertio, securi percussus, Auctore Dressero, in libello de diebus festis. Mirari verò subit, quare ejus natalis non sit inter dies festos recensitus nostro, perinde atque aliorum, Apostolorum, vide Martyrologium Romanum, Runicum atque Maurolycum, à quibus inter dies festos merito recensetur. Eodem die contigit Hierosolymis *Inventio Capitis S. Johannis Baptiste*, eaq; prima fuit, uti videtur Baronio in Martyrologio Romano, de altera, vel etiam tertia, vide sis supra, cap. II. §. 6. cap. VI. §. 15. Inventum esse dicitur, monstrante ipsemet D. Præcursores, à duobus Monachis sub Marciani Principatu, quemadmodum tradunt Beda, Ado, Notkerus, Uluardus, Maurolycus, Galefinius; Sed multò prius inventum esse, Baronius in Notis ad martyrologium IV. Calend. Septembr. contendit. IV. Calend. Martii *Fortunatus*, Presbyter atque martyr, Romæ passus, ejus meminere Beda in Ephemeride, & martyrologia, Gellonense, Richenoviense *MS.* apud Galefinium, Romanum, Maurolycus, Galefinius atque Baronius. Ante hos unum de XX. annos Alexander VII. inter alias reliquias Sanctorum, caput quoque in Galliam misisse dicitur, cum hac inscriptione: *Caput S. Fortunati*, quod verò ex chartis confectum, confectum pictumq; esse, postea est deprehensum, ita refertur in Libello: *La Politique du Clerge de France: Politique Cleri Gallicani*, paulo ante finem Dialogi prioris. Hoc est, (si vera sunt quæ narrantur) illudere non solum hominibus Christianis in terris, sed & ipsos Sanctos in caelis despiceret.

§. 3. Succedant jam Sancti mensis *Martii*. Iphis Calendis passus est *Donatus*, martyr, Carthagine in Africa, Testibus Uluardo & Martyrologio Antwerpiensi, tempore Persecutionis Vandalicæ, Anno Domini circiter 430. juxta Galefinium. Eodem die

○

natalis

natalis: *Albini*, Episcopi & Confessoris, celebratur, qui Andegavi sub Carolo Imperatore, juxta Petrum de Natalibus, in Catalogo Sanctorum, lib. III. cap. 164. sed juxta Baronium in Notis ad Martyrol. sub Childeberto, Anno Christi 540. floruit. IV. Non. *Adrianus*, Martyr, cum Sociis suis XXXIII. juxta Bedam, Martyrolog. Corbejense, Florentinii Vetustius, atque Rabanum; XXIII. secundum reliquos Martyrologos, dicitur Nicomedie in Bithynia passus, sub Diocletiano. Nonis *Perpetua & Felicitas*, Martyres, quæ non Tiburti, ut Genebrardus ineptè scribit, sed Tiburti in Mauritania, non Valeriano & Galieno imperantibus, ut Petrus de Natalibus in Catalogo, lib. III. cap. 182. & Maurolycus volunt, sed juxta Bedam, Adonem, Ulfuardum, Rabanum, Notkerum, Martyrolog. Roman. atque Baronium sub Severo, Persecutione V. Anno Domini 204. sunt passæ, addantur Prosper Aquitanicus, & Galefinius in Notis, cui quadriennio post Martyrio coronatæ dicuntur. VII. Id. XL. (Martyrolog. Gellonense numerat LX. numeris transpositis) *Milites*, Cappadoces, quorum nomina Beda & Ado recensent, passi sunt apud Sebasten in Armenia minore, sub Licinio Imperatore, Præfide Agricola, juxta Genebrardum año 313. de iis extat homilia, quæ numero XX. est, Basilii, tomo operum I. fol. 527. IV. Id. *S. Gregorius I.* vel magnus, Papa, obiit Romæ, Anno 604. Platina. Plura vide supra cap. III. §. 10. Beda quoque eum recenset, de eo non vulgaria, more suo, Maurolycus, Abbas, recenset. Pridie Idus *Innocentius I.* Papa & Confessor, ejus meminit hoc die cum nostra membranâ nõ nisi Beda in Ephemeride, in Martyrologio commemorat eum biduo antè cum Gregorio, ut & Ado, Notkerus, & Martyrologia *MSS.* Maurolycus & Galefinius: Romanum verò V. Calend. Augusti ejus recordatur, die scil. quo is obiit Romæ, Anno 416. secundum Chronicon ex Onuphrio Panvinio collectum, juxta Prosperum Aquitanicum biduo post mortuus est. XVII. Calend. Aprilis *Cyriacus*, Diaconus atque martyr, Romæ sub Maximiano, Año Domini

mini circiter 303. passus. XVI. Calend April. *Gertrud*, Virgo, Pipini Ducis filia, Nivigellæ, hodie Nivelæ, in Brabantia, Anno Constantis XXI. id est, Anno Christi non 643. ut Genebrardus habet, sed 664. juxta Petrum de Natalibus in Catalogo Sanctorum, lib. III. cap. 205. & Johannem Molanum in Indiculo Sanctorum, Belgii moritur. Baronius in Notis ad Martyrol. scribit, *relatam esse in Sanctorum classem ex Decreto Honorii III.* qui seculo XIII. vixit, sed jam ante in Sanctorum Catalogum relatam esse, vel ex membrana nostra patet, meminere etiam ejus Ulsuardus, Ado, Wandelbertus, Notkerus, & apud Galestinum Martyrologium Perantiquum. Johannes Molanus loco cit. (si ex eo Baronius id referat) illud non dicit, sed hoc: *Lovanium*, qua prima est Ducatus Brabantie & totius Belgii civitas, eam, Gertrudem, ut primam Brabantie plantam, festo die honorat, ex Constitutione Honorii III. statim addens: *ipsam etiam Ulsuardus suo Martyrologio inseruit, ætate Caroli M.* XII. Calend. April. *Depositio Benedicti, Abbat*, apud Cassinum Castrum, Anno Christi 542. Depositionis Vocabulo Martyrologium quoque Occidentalis Ecclesiæ Vetusius, à Florentinio publicatum, atque ibi Corbejense, utuntur.

§. 4. Mense *Aprili* commemorantur, ipsis quidem Calendis *Quintinianus*, uti cum nostro vocat Martyrologium Vetusius Florentinii, vel, ut Beda in Ephemeride & reliqui Martyrologi nominant, *Quintianus*, martyr, in Armenia, ut addit Antwerpense, minore passus; Et *Anastasius*, martyr, nostro hoc quidem die commemoratus. Plures hujus nominis Martyres fuerunt, illum verò innui, qui in Martyrologio Romano V. Id. Maji cum Venantio, Episcopo & Martyre, (cujus natalis hodie, & XV. Calend Junii celebratur, ex uno enim duo sunt facti) Camerini in Italia, in Persecutione Decii, sub Antiocho Præfide, Anno Christi 251. passus est, nullus dubito, vide Baronum in Notis ad martyr. V. Id. Maji. *Pridie Non. Ambrosius*, Episcopus & Confessor,

Mediolani, non año 364. ut vult Genebrardus, sed Anno Christi 397. mortuus est, juxta Baronium & Calvisium. Miror præclarum hunc Doctorem à Martyrologio Antwerpiensi & Verustiori Florentinii prætermisum esse, ab omnibus aliis commemoratum. V. Id. VII. *Virgines* apud Sirmium in Pannonia sunt passæ, vid. Florentinius. IV. Id. *Leo I.* aut magnus, Papa & Confessor, Romæ Anno Domini 461. moritur, juxta Chronicon ex Panvino collectum, hæc vera dies est emortualis ejus, quam etiam Platina annotavit in vita ejus; Beda tamen in Ephemeride, Wandelbertus, Usuardus, Notkerus etiam & cæteri Martyrologi omnes sequenti die, Beda verò in Martyrologio; & Ado IV. Calend. Julii eum commemorarunt. Eodem die *Ezechiel*, Propheta, in Babylonia passus esse dicitur, vid. Beda, Usuardus, Petrus de Natalibus, lib. IV. cap. 41. Sepulchrum ejus, in Babylonia existens, describitur Benjamin & Petachias, Judæi, in Itinerariis. Idibus *Euphemia*, Virgo atque martyr, in Civitate Chalcedona passæ est, Auctõribus Beda, & Martyrologiis Antiquis, Gellonensi, Antwerpiensi, aliisque apud Florentinium, Rabano item Notkero, ut & recentioribus Maurolyco & Galefinio; à quibus omnibus Euphemia alia, ut videtur, XVI. Calend. Octobris memoratur; vide Petrum de Natalibus & Florentinium. Adoni atque Usuardo, quos Martyrologium Romanum, & Baronius sequuntur, non hic, sed duntaxat XVI. Calend. Oct. recensetur, pro una eademque habentibus eam. XVIII. Calend. Maji *SS. Tiburtius & Valerianus*, Fratres, Martyres, Romæ, via Appia in Cœmeterio Prætextati, non sub Commodò, ut nonnulli volunt, sed sub Alexandro Severo, Almachio Urbis Præfecto, circa Annum Christi 228. sunt passi, videatur Galefinius & Baronius. IX. Calend. Maji *S. Georgius*, martyr, commemoratur, de quo discrepantia atque fabulosa narratur; dicitur Diospoli in Perside passus, Adoni, Usuardo, Rabano, Notkero &c. quæ nulla in Perside, sed in Palestina fuit, quidam apud Maurolycum volunt, in Melitene, Armeniæ civitate, quam
verò

verò Stephanus Cappadociæ urbem, Ptolemæus Sufianæ regionem facit. Beda in Martyrologio (si tamen is purus est, & non à posteriori imperita, ut videtur, manu interpolatus) sub Daciano, Rege Persarum potentissimo, qui dominabatur super LXX. Reges, martyrium sustinuisse scribit; nullus tamen hujus nominis Rex in Catalogo Regum Persarum legitur: LXX. quoque Regibus imperasse, fabulosum est, simile tamen de Persarum Monarcha; XLV. Regum Rege, narrat Benjamin, Judæus, in Itinerario, de quo suo loco atque tempore dicemus. Alii igitur sub Daciano Præside, Imperantibus Diocletiano & Maximiano, año domini 287. vel 290. vel 291. martyrio coronatum esse commentantur, vid. Jacobus de Voragine Legendâ LVI. Petrus de Natalibus lib. IV. cap. 81. & Vetera MSS. apud Baronium in Martyrologio. Narrationem de Georgio, Milite cataphracto, Regis filiam à Dracone liberante, Symbolicam potiùs, quam historicam esse, ipse Baronius agnoscit, confer. Phil. Melanchthon in libello juxta mensium ordinem ex lectionibus ejus à Jo. Manlio collecto, pag. mihi 651. seqq. Georgio Pontificiorum Cappadoci accidisse videtur, quod Herculi Gentilium Thebano, sicuti enim plures Hercules fuerunt, quos deinde confudit Græcia mendax, Thebano suo illorum facinora tribuendo, simili modo Error & Antiquitas & Superstitio adscripsere Georgio Cappadoci, quem Magnum vocant, aliorum acta atque passiones, fabulosa quoque aspergendo, ut rectè Georgii Legendâ inter Scripturas Apocryphas à Concilio Niceno sit cõnumerata, ut referunt Jacobus de Voragine, & Petrus de Natalibus, loc. cit. Plures verò Georgios fuisse, inde etiam patet, quia hic IX. VIII. & VII. Calend. Maji cumulantur, vide Martyrol. Gellonense, Vetusius Florentinii, & apud eum Antwerpiense & Corbejense; IX. enim Calend. exhibent cum nostro plerique omnes Martyrologi, eoque die celebrant natalem ejus Græci, & Latini Romæ, Venetiis, Patavii, Brixia, Teste Galefinio, & notandum est, quod Georgius, qui hoc die com-

memoratur, in Martyrologio Gellonenſi Romæ dicatur paſſus eſſe. VIII. Calend. Maji celebrant Georgii natalem Mediolani, Aquilejæ, Papiæ atque aliis multis locis, Galeſinius loc. cit. commemoratque Martyrologium Vetuſtius Florentinii, verba ſunt: *Commemoratio Georgii*, ubi *commemorationem*, generali & haut ita uſitata voce dicit, non paſſionem. Aſſentiuntur vetuſtiſſimum, Antwerpienſe, & Kalendarium vetus apud eundem Florentinium. VII. Calend. Maji annotârunt Gellonenſe, Antwerpienſe ruruſum atque Corbejenſe Martyrologia, quorum hoc locum paſſionis quemlibet, iſtud in Perſida, illud verò Dioſpoli civitate paſſum eſſe dicunt. Notkerus quoque ad VII. Calend. Maji, *in Perſide*, ſcribit, *S. Georgii Martyris, juxta Kalendarium Sagaciſſimi Hieronymi, cujus Paſſio apud Romanos, & pene alios omnes IX. Calend. Majorum, ut ſuperius notatum eſt, celebris habetur.* Muhammedani quoque Georgium quendam inter Sanctos commemorare ſolent, Deumque orant *per veritatem Georgii, & afflictionem ejus*, vid. H. Henningi Muhammedanus Precans, Orat. VI. quem Prophetam fuiſſe fabulantur, J. Golius in Lexico, fol. 489. VII. Calend. Maji *Letania Major* celebratur. *Λιτανεία, ἡ παρακλήσις, Litanía* idem quod *rogatio*, Suidas. Latina à græca Eccleſia unâ cum vocabulo ritum quoque accepiffe viderur: procedebant ſcil. ad averruncanda mala, jejunantes, rogantes, pſallentes, vid. Durandus lib. VI. Rational. divinor. officior. cap. 102. Notkerus in Martyrologio VII. Calend. Maji, & Baronius in Notis ad Martyrologium. Hæc *Litania Major* dicta eſt, ad diſcrimen Minoris, quam Mammertus inſtituit; Beda in *Ephemeride Romanam* vocat, fuitque Proceſſio ad S. Petrum, Teſte Eodem in Martyrologio, D. Gregorius I. eam inſtituit, vide eum ab initio Libri II. Regiſtri, Durandum, Maurolycum & Galeſinium: Baronius reſtituiſſe, & antiquiorem Litaniarum ritum eſſe, contendit. Et fanè Gentilibus quoque, Romanis inprimis, hujusmodi Litanie ſive ſupplicia circa ſtatuas & Aras in fortunâ adverſâ uſitæ fuerunt,

runt, ut sæpe narrant Livius & Dionysius Halicarnassæus, qui dicere hoc solet : *Λιτανίας ποιεῖσθαι τῶν ἐδῶν θεῶν καὶ βωμῶν*, *Litaniis agere ad ades Deorum & aras*, Casaubonus, Exercitat. XIV. cap 8. pag mihi 236. col.2. Eodem die *Marcus*, Evangelista, commemoratur, qui Alexandria in Ægypto, Anno VIII. Neronis, Uluardo & Notkero auctoribus, hoc est, Anno Christi 63. passus est. IV. Calend. Maji, *Vitalis*, martyr, Gervasii Protasiique Parens, secundum Martyrolog. Verustius & Corbejense in Pannonia, juxta Bedam in Ephemeride, Martyrologium cellonense, & Reginæ Sueciæ, Romæ, juxta reliquos omnes verò Ravennæ, sub Paulino Consulari passus est, imperante Nerone, circa Annum Domini 57. ut vult Petrus de Natalibus lib. IV. cap. 95. Ambrosius, Gervasii & Protasii, filiorum Vitalis, meminit cum alibi, tum Epistolâ LIII. scribens ad Fratres per Italiam constitutos, Tomo operum V. fol. 313. seqq. Attamen de Epistola illa Baronius & Galesinius non immerito dubitant, propter rationes illas, quas posterior significat, in Annotat. ad Martyrol. XIII. Calend. Julii, cui ego & hanc addo, quod apparitio illa Pauli Apostoli, & additus à Philippo sepultis corporibus SS. Gervasii & Protasii libellus, sint non abs re suspecta, quippe redolentia posteriorem ætatem. Negare tamen non possumus, Augustinum quoque rei hujus meminisse, lib. IX. Confessionum cap. 7. & libro XXII. de Civitate DEI, cap 8. &c. nisi tamen & illa loca alienam manum sint passa. Vitalis verò Noster, ut ad eum redeamus, non sub Nerone, sed posteriori ætate Martyr factus est; Tempore enim Belli Marcomannici, ut Ambrosius citatâ Epistolâ refert, sub Imperio M. Aurelii Antonini, & Lucii Veri Antonini, Anno Christi 169. *Gervasius & Protasius, ut inscriptio sepulchri testatur, passi sunt*, Teste Baronio, apud Sethum Calvisium. Ex quo conficitur, Parentem eorum, Vitalem, seculo quoque secundo, sub Antonino Pio, ut colligo, Martyrio coronatum esse. Eodem die Nostro commemoratur *Christophorus*, Martyr, qui ab

ab omnibus aliis tacetur, si unum excipias Rabanum, qui ejus quoque hac die meminit, quo loco, quoque tempore sit passus, dicere non habeo.

§. 5. Progrediantur nunc Sancti Antiquiores Mensis *Maji*. Iphis Calend. *S. Walburge*, Virgo, cujus meminerunt Beda, Calendarium Runicum (in quo etiam rubricâ, tanquam festus dies, añotatur) Martyrologium Romanum & Maurolycus; miror Rabanum & Notkerum eam præterisse, cum *celebris sit Germanis, etiam Belgis, hujus Virginis memoria*, observante Gretsero, lib. II. cap. 3. Comment. ad Philippi Eystettensis librum, de Eystettensis Ecclesiæ Divis Tutelaribus, addo ego, Scotis etiam, ex quibus oriunda fuit, atque Danis. In Germaniam nostram profecta est cum Patre Richardo, atque Fratribus Wunibaldo & Wilibaldo, Heidenhemii in Suevia nostra defuncta V. Calend. Martii, Anno 760. juxta Molanum, vel secundum Anonymum 776. vid. Gretserus loco cit. lib. I. cap. 7. *Festum verò Canonizationis ac translationis ejus ex Heidenhemio Eychstadium, in die Beator. Apostolorum Philippi & Jacobi consuevit solenniter celebrari, juxta Philippum Eystettensem, loco cit. cap. 31. Calende Maji dicata sunt Canonizationi S. Walburgis, quando ab Adriano II. Pontifice, circa annum Redemptoris 870. in Divorum numerum relata est*, Gretserus loco cit. lib. II. cap. 3. VI. Non. Anastasius, Episcopus, commemoratur, quod sine dubio mendum est, & legendum, *Athanasius*, qui Episcopus fuit Alexandria, Anno 372. defunctus, Baronius in Notis ad Martyrologium Romanum. V. Non. *Alexander I. Papa*, & *Erentius* atque *Theodolus*, Presbyteri, Martyres omnes, Romæ, sub Judice Aureliano, Anno Domini 117. quo mortuo Trajano Hadrianus successit, sunt passi, vid. præter Martyrologos, Platina in vita Alexandri, Chronicon ex Onuphrio Panvinio collectum, & Baronius in Annot. ad Martyrol. Roman. Eodem die contigit *S. Crucis Inventio* Hierosolymis ab Helena, Constantini M. Parente, Anno 326. Mirum autem est,

est, Eusebium in vita Constantini, inter res gestas, hujus non meminisse, neque Græcos festum hoc celebrare. Notandum præterea est, Gelasium ipsum acta Inventionis Crucis inter scripturas Apocryphas recensere, apud Galestinum & Baronium. Conferantur Theod. Thummius, in Tract. de festis Christ. pag. 127. & ea, quæ superiori cap. VI. §. 18. à nobis sunt observata. IV. Non. *Florianus*, Martyr, apud Lauriacum in Norico Ripensi, sub Tyrannide Diocletiani & Maximiani, Imperatorum, Præsidis verò Aquilini, in fluvium Anisum est præcipitatus, de quo aniles fabulas aggregat Petrus de Natalibus, lib. IV. cap. 121. III. Non. *Ascensio Domini* in nostrâ Membrana commemoratur, ut & à Beda in Ephemeride, Wandelberto & Notkero, ea enim est Quadragesima dies à VI. Calend. April. in quem incidit Resurrectio Domini, Litera Dominicalis est B. ut supra, cap. V. §. 2. observatum est, F. itaque, quæ hîc annotata reperitur, erit feria quinta. Nota verò, isthac ætate Ascensionem Domini non festivam fuisse, neque enim rubricâ est expressa, vid. Thummius, loco cit. pag. 132. Prid. Non. *S. Johannes*, Apostolus & Evangelista, Romæ ante Portam Latinam, ex dolio olei ferventis, in quod Domitiani jussu detrusus est, illæsus emergit. Fabula est Matthæo Dressero, in libello de Festis diebus. In eodem die *Gaudentii*, Presbyteri & Confessoris, natalis commemoratur, cujus meminere Martyrologia MS. Gellonense, S. Galli, aliud, Vetusius Florentinii, Antwerpense, Corbeïense. Saussayo Vico-Julii, Galatiæ, hoc est, Galliæ civitate mortuus esse perhibetur, apud Florentinium. In eodem die *Juvenalis*, Martyr, qui à Beda in Martyrologio, Wandelberto, Uluardo, Adone, Notkero, Maurolyco & Martyrologio Romano, die sequente commemoratur, tempus atque locus passionis à nemine horum prodita sunt, Galestinus atque Baronius in notis ad Martyrolog. Roman. V. Non. Maj. ex Gregorii M. Homilia 37. in Evang. colligunt, eum Narniæ, ubi sepultus est, passum esse. VI. Id. *Gordianus & Epimachus*, Martyres, Romæ sub Juliano,

P

An-

Anno Christi 360. Galefinius, vel potius biennio post. Eodem die *S. Sophie* natalis, quam, præter nostram membranam, nemo Martyrologorum, quos evolvi, hac die commemorat. Eo ipso die *Primum Pentecoste* in membranâ nostra annotatur, quod tamen vix legi potest, quod si ita est, Pascha 22. Aprilis, & Passio Domini die 20. April. accidit, quæ fuit Sententia Epiphaniî apud Sethum Calvisium, cap. 48. Isag. Chronolog. Atqui iuxta nostram membranam crucifixio Christi 25. Martii, Resurrectio verò 27. Martii contigit. Pentecoste ergo fuerit die 15. Maji, quo litera Dominicalis non D. sed B. est, vide supra cap. V. §. 2. Verum hæc ex errore librarii dubio procul irrepsere, & proinde sunt deleta, quippe cum reliquo Calendarii computo haut convenientia, cum VI. Id. Maji, à VI. Calend. April. dies 45. non 50. id est, πεντηχοστή sit. IV. Id. *Nereus & Achilleus*, Germani Fratres, Romæ, sub Nerone, passi esse dicuntur, Anno Christi, ut colligo, 64. - 68. cum præcedente anno L. Memmius Regulus & Paullus Virginius Rufus Consules essent, juxta Sethum Calvisium, referente enim Beda, Memmio (&) Rufo, Consulati, traditi fuerunt. Eodem die & ibidem *Pancratius*, Martyr, non sub Valeriano, ut scribunt Petrus de Natalibus, lib. IV. cap. 156. & Maurolycus, sed; ut Beda, & reliqui omnes volunt, sub Diocletiano passus. III. Idus *Servatius*, Tungrensium Episcopus & Confessor, Trajecti defunctus. Beda atque Usuardus ejus mortem rejiciunt in illud tempus, quo Hunni Germaniam vastabant, quod factum est Seculo V. sub Attila, Hunnorum Rege, quia tamen Sulpitius Severus, lib. II. Histor. Sacræ, & ante eum S. Athanasius in Apologia ad Constantium ejus meminere, hinc Baronius in Annotat. ad Martyrol. seculo quarto Anno Domini 346. floruisse contendit. Claudius Robertus in Gallia Christ. fol. 351. eum usque ad Annum 383. vixisse scribit. XIV. Calend. Junii, *S. Potentiana*, vel potius *Pudentiana*, quippe Pudentis, Pauli Discipuli, filia, virgo, à Pio I. baptizata, duodecenis Romæ moritur, temporibus

ribus Antonini Pii, Imperatoris, Petrus de Natalibus, lib. V. cap. 15. XII. Calend. Jun. *Valentis*, Martyris & Episcopi, qui cum Vale Presbytero & Confessore, hoc ipso die commemorato, non est confundendus, Natalis. Quando & ubi passus sit, apud neminem reperire possum, nisi quod Wandelbertus canit:

Præful & hac Deo (die) Martyrque Valens venerandus,

Augia Te lætis ducit per gaudia votis.

Ex quibus colligo, eum in Monasterio Augiensi sepultum esse, Appendix Adonis Autissiodori passum esse tradit. VIII. Calend. Jun. *Urbani I.* Papæ & Martyris, Natalis, qui Romæ sub Alexandro Severo, Anno Domini 231. passus est. Eodem die commemoratur nostro *Desiderius*, Lingonensium Episcopus atque Martyr, quem Martyrologium Gellonense hac quoque die recenset, reliqua omnia biduo ante, nimirum X. Calend. Junii, cum exhibent; dicitur is tempore Vastationis Wandalicæ, sub Duce Vandalorum Cresco seu Croscio, Imperatoribus verò Honorio & Theodosio Juniore, passus, vid. Petrus de Natalibus, lib. V. cap. 31. observat tamen Cæsar Baronius in Notis ad Martyrologium, eum Concilio Agrippinensi, Anno 346. celebrato, interfuisse, vide eum & Claud. Roberti Galliam Christ. fol. 362. ubi anno 411. passum esse scribitur. IV. Calend. Jun. *Maximi*, Episcopi & Confessoris, depositio celebratur. In Martyrologio Romano, à Galestinio & Baronio Maximus quidam, Veronensis Ecclesiæ Episc. commemoratur, sed iste hic innui haut videtur, verum Trevirensis, qui à Verustiori quoque & S. Galli Martyrologiis Maximus, ab aliis verò Maximinus vocatur, & sub Constantio vixit, ejus enim meminit S. Athanasius, ejus olim hospes, juxta Hieronymum in Chronico ad Annum Christi 346. in Apologia ad Constantium, fol. mihi 675. C. Καὶ ἐπειδὴ τετελεύτηκασι Μαξιμῖν ὁ Τριβέρεως, & qui jam sunt defuncti, Maximinus, Trevirensis &c. III. Calend.

Junii *Felix I.* Episcopus atque Martyr, Romæ vixit quidem sub Claudio, Gallieni Successore, ut scribunt Beda, Ado, Ufuardus & Notkerus, sed passus est sub Aureliano, ut rectè Martyrologium Romanum, Galestinus & Baronius habent, Aureliano Imp. II. & Julio Capitolino COSS. hoc est, Anno Christi 273. juxta Sethum, Calvisium, secundum Chronicon verò ex Onuphrio collectum, biennio post. Pridie Calend Junii *Petronella*, Virgo, Filia, uti dicitur, S. Apostoli Petri (unde quoque ei nomen) sed non nisi adoptione spirituali, juxta Baronium & Ferrarium apud Florentinum, Romæ defuncta, sub Tiberio, Anno Christi 35. secundum Genebrardum quidem, qui tamen in calculis sæpius errat; Alii volunt, sub Domitiano defunctam esse: Inscriptionem ejus, à Parente, Petro, positam, & in sepulchro inventam: *Aurea Petronella, filie dulcissime*, quis non videt *Ἰουδαιεύου* esse! de ea, ejusque febris, prodigiosa narrat febricitans ipse Petrus de Natalibus, lib. V. cap. 69.

§. 6. Sequantur jam ii Sancti, quorum Natalis dies in Junium mensem incidit. Ipsi Calendis Romæ *Dedicatio* Altaris & Ecclesie *Nicomedis*, Martyris, vid. Beda, Rabanus, Maurolycus & Alii. *Hujus Ecclesie erat Nobilis Roma titulus S. Nicomedis, mentio de eo habetur in Concilio Romano I. sub Symmacho, Anno 499.* Baronius in Martyrolog. ad XVII. Calend. Oct. quo Nicomedis Martyrium seu passio celebratur. IV. Non. *Marcellinus*, Presbyter, ita omnes, solo Beda vel auctore Ephemeridis excepto, qui confundens Martyrem nostrum cum Episcopo Romano, Marcellino, coævo, Papam falsò vocat, & *Petrus*, Exorcista, Romæ sub Diocletiano passus. Pridie Non. *Cyrinus*, vel, ut alii rectius vocant, *Quirinus*, Episcopus atque Martyr, Siciæ in Illyrico, ut Beda, Ado, Ufuardus & cæteri Martyrologi volunt, juxta MS. Martyrologia, Corbejense & Vetusius Florentinii, in Sabaria Civitate, secundum historiam antiquissimam D. Quirini apud W. Lazium, lib. II. *Rerum Viennensium*, cap. 2. in Sacarbantia, Superioris Pannoniæ urbe, est passus, sub Galerio (Maximiano) Du-

ce, ut canit Prudentius Ode VII. *ἡμεῖς ἑορταζόμεν*, Anno Christi 310. vid. Eusebius Editionis Scaligerianæ & Galefinius. Nonis *Bonifacius*, Archiepiscopus Moguntinus atq; Martyr, qui in Frisia, cum aliis quibusdam, quos Beda auctus, Rabanus, Notkerus & Galefinius recensent, Anno Christi 754. vel, ut alii volunt, sequenti, passus est. De Celebratione ejus festi diei vid. Magdeb. Cent. IX. cap. vi. fol. 258. in calce. VI. Id. *Medardus* Episcopus Noviomensis atque Confessor, in Gallis Sueffionensium civitate depositus, Anno Christi 556. Sigeb. in Chron. apud Baronium. V. Id. *Primus & Felicianus*, Fratres atque Martyres, Romæ, hoc est, XIV. ab urbe milliari, sub Diocletiano & Maximiano passi, Anno Domini 287. vide Florentinium & Petrum de Natalibus in Catalogo Sanctorum, lib. V. cap. 99. III. Idus *Barnabas*, Apostolus (latius nomine accepto, vid. Galefinius in Annot. ad Martyrolog. Prid. Cal. Juliarum, pro Apostolico Viro) Salaminæ in Cypro sub Nerone passus esse dicitur Petro de Natalibus lib. V. cap. 105. Pridie Id. *Basilides, Cyrinus* (quem malè Notkerus segregat) *Nabor & Nazarius* (qui non sunt confundendi cum Mediolanensibus, Baronio monente) Milites omnes, & simul Athletæ Christi seu Martyres, Romæ, sub Diocletiano & Maximiano passi. XVIII. Calend. Julii *Valerius & Rufinus* Martyrio sunt coronati apud Sueffiones sive in territorio & agro eorum, vid. Usuardus & Maurolycus, sub Tyrannide & Persecutione Diocletiani & Maximiani. Eodem die *Heliseus*, Propheta, commemoratur, qui Samariæ in Palestina est sepultus, referente S. Hieronymo, Epist. 27. ad Eustochium Virginem, de Epitaphio Paulæ Matris, Tomo operum I. fol. 64. G. & Tomo V. fol. 127. E. ab initio Commentar. in Abdiam. XVII. Calend. Julii *Vitus*, Sículus, puer duodecennis, & *Modestus*, Pædagogus, atque *Crescentia*, Papatistâ ejus, ut vocat Rabanus, vel ut Beda atque reliqui dicunt, Nutritores ejus, primùm in Sicilia, postea verò in Territorio Tanagritano sunt passi, & tandem apud Silarum, Lucaniæ fluvium,

expirarunt, tempore Persecutionis Diocletiani. XVI. Calend. Julii Aurelius, vel, ut Beda & Martyrologium Romanum legunt, *Aureus*, (quem Maurolycus Episcopum vocat) & Sororejus, *Justinina*, Martyres ambo, Moguntiae, quando Hunni Germaniam vastarunt, in Ecclesia sunt trucidati, Artilla, Hunnorum Tyranni tempore, seculo V. sub Arcadio & Honorio, juxta Magdeburg. Cent. V. cap. III fol. 37. vel potius Valentiniano III. XIV. Calend. Julii, *Marcellianus* atque *Marcus*, Fratres, Romae, sub Diocletiano sunt passi. XIII. Calend. Jul. *Protasius* (hic, observante Menardo apud Florentinum, in Codicibus antiquis & Missa Ambrosiana praepositur) & *Gervasius*, Fratres, Martyres, Mediolani, sub Nerone, ut nonnulli volunt, vel potius sub Aurelio Antonino & Lucio Vero, anno Christi 169. passi, vide, quae annotavimus supra, §. 5. XI. Calend. Julii *Albanus*, Episcopus (si fides habeatur Maurolyco) atque Martyr, Moguntiae sub Diocletiano, juxta Bedam, vel secundum Rabanum, Notkerum atque Petrum de Natalibus, lib. V. cap. 133. sub Theodosio (II. nimirum) Anno Domini 425. passus est, confer Chronicon Sigeberti. X. Calend. Julii *Paulinus*, Episcopus & Confessor, Nolae in Campania, Anno Domini 431. defunctus, Baronius in Annotationibus ad Martyrolog. VIII. Calend. Julii *Johannis Baptista* Nativitas (de Natali supra cap. VI. §. 15. actum est) contigit in Palestina, Hebrone, VI. to ante Christum natum mense, Lucae I. cujus (Christi) atque Praecursoris nativitas duntaxat celebratur, vid. Augustinus, serm. 23. de Sanctis, apud Baronium in annotat. ad Martyrolog. & Ambrosius apud Petrum de Natalibus lib. VI. cap. 3. Olim dies hic festus fuit, quod patet ex SS. Patrum Sermonibus hoc die dictis, in Martyrologio quoque S. Galli dicitur: *In Palestina Natalis S. Johannis Baptista, unde Missa*, & in Calendario Runico *Joans-Missa* sive Festum rubrica notatur. In Martyrologiis quoque Romano, Maurolyco & Galefinio rubrica, tanquam festus dies, exprimitur, unde mirari subit, a nostris membra-

nis Nativitatem Johan. Baptistæ à festis diebus exclusam esse. VI. Calend. Julii *Johannes & Paulus*, fratres, Romæ sub Juliano Apostata passi, año Domini 362. IV. Calend. Julii *Leo Junior* seu II. Papa Roman. & Confessor, Romæ depositus est, Anno Christi 683. Chronicon ex Onuphrio collectum, & Baronius, de quo Beda in Martyrolog. V. Non. Julii agit, hic ei, ut & Notkerus, de Leone I. qui 47. post Petrum, & XXI annis sedit, est sermo, de quo membrana nostra & Martyrologia reliqua IV. & III. Id. April. loquuntur. III. Calend. Julii *Petri & Pauli*, Apostolorum, memoria est, qui Romæ passi esse dicuntur, quamvis nonnullis suspecta sit hæc narratio quoad Petrum, quem vel Babylone in Ægypto mortuum, vel Hierosolymis ab Herode Agrippa interfectum, esse colligunt, videatur Dresserus de Festis diebus, & Whitakerus apud Thummium loco cit pag. 147. Alii contendunt, diem hunc non fuisse *certaminis* seu passionis, sed *translationis*, sive Natalis, pro celebritate accepti, vid. Florentinius in Notis ad Martyrologium Verustius. De tempore Martyrii itidem non conveniunt: Beda, quem sequuntur Notkerus atque Maurolycus, Crasso atque Fusco COSS. hoc est, Anno Christi LXIV. quo anno Paulus est gladio percussus, vid. Compend. Histor. Ecclesiast. Goth. Chronicon ex Onuphrio collectum, Baronius & Calvisius. L. Fontejo Capitone & C. Julio Rufo COSS. hoc est, Anno Christi LXVII. juxta Calvisium, LXVIII. secundum Chronicon Onuphrii, & LXIX. juxta Galestinum & Baronium; Aurelius Cassiodorus in Chronico biennio post, Sylvano & Othone COSS. Platina autem in vita Petri & Maurolycus XXXVII. año à Passione Domini, Beda tamen & plerique omnes sub Nerone; & quidem ultimo ejus anno, passos esse unanimi consensu volunt. In eo quoque est dissensus, utrum uno eodemque anno Martyrio sint coronati, quod vult Martyrologium Romanum, Prudentius tamen *Ὁμιλ. τριωνων*, Carm. 12. Augustinus sermone 28. de Sanctis, Ufuardus, Molanus, Valerius apud Florentinum, aliique, uno quidem, non tamen eodem die,

die, sed diverso tempore, & quidem interjecto integro anno, passos esse contendunt. Quid in tanta sententiarum discrepantia sit statuendum, difficile est. Ceterum denuò miramur in nostris membranarum rubricâ, ut in Runico, Maurolyci, Galefinii & Baronii Martyrologiis, tanquam festum diem, annotari, præsertim cum habeat Octavam! Sed Antiqui *in ea peragenda celebritate aliquantulum tepuerunt, Festus igitur, Senator Romanus, cum legatum ageret apud Anastasium Imperatorem (II. ut puto, Seculo VIII.) indigno id ferens animo, totis viribus operatus est, ut frequentissimo populo & splendidissimo cultu eadem solennitas ageretur, ut auctor est Theodorus Lector lib. II. collectan.* apud Baronium in Notis ad Martyrolog. mirum itaque non est, in nostra membrana, quæ seculo VII. condita est, diem hunc inter festos non haberi. Prid. Calend. Julii *Martialis*, Episcopus atque Confessor, apud Lemovicenses. Volunt nonnulli, quos inter sunt Galefinius, Baronius, & Claudius Robertus in Gallia Christiana, fol. 344. & seq. hunc fuisse unum ex LXXII. Discipulis Christi, Anno 40. post ascensionem, & 74. post Christum natum, Anno 3. Vespasiani, depositum, sed dubio procul errant, nullus enim Veterum hujus rei meminit, Aurelianus, vitæ illius scriptor, suppositivus est, Martyrologia MS. ejus non nisi sub finem in laterculo hujus diei meminere, sub vocabulo non vetustissimo *depositionis &c.* Quæ verò Petrus de Natalibus, lib. VI. cap. 29. & Antonini, Archi-Episcopus Florent. Parte Histor. I. Tit. VI. capitulo 25. §. 2. alique Scriptores de hoc Martiali recensent, admodum sunt absurda & anilia. Rectius igitur Florentinus, & apud eum Cordeus, Bosquetus, Launoyus, Sammarthani, Galliæ Scriptores minus inepti, & historiæ Patriæ peritissimi, & ante omnes Gregorius Turonensis lib. I. cap. 30. & de Gloria Confess. cap. 27. recentiorem Martialem hunc esse, atque Decii tempore circa annum Christi 253. floruisse contendunt, ut ut verò Baronius in Añot ad Martyr. scribat, in hoc Turonensem *insigniter errare*, verendum tamen potius est, Baronium recte sentire.

§. 7. Julio Mense horum Sanctorum Natales dies celebrantur. VI. Non. *Processus & Martinianus*, Romæ sub Nerone passi esse dicuntur. Eodem die *Monegundis*, Virgo, vidua, quidem fuit, sed *Sanctimonialis*, & ob id virginis nomenclaturâ honoratur, ut Molanus scribit in Annot. ad Martyrolog. Uluardi, Centuriatoribus est Mariti desertrix. Apud Turonenses in Gallia mortua est, sed quo tempore, apud neminem invenio: quia tamen Notkerus, apud B. *Martinum*, qui secundum nonnullos año 400. juxta Baronium in Annalibus Anno Christi 402. secundum Rigordum verò apud Claudium Robertum in Gallia Christiana, fol. 164. Año Domini 445. mortuus est) *inclusam* vocat, & Gregorius Turonensis ejus meminit, qui floruit Anno Christi 596. secundum Rivetum in Critico Sacro, lib. IV. cap. 28. hinc colligo, nostram seculo V. vel VI. vixisse, unde ejus Magdeburgenses quoque Centur. VI. cap. X. fol. 776. meminerunt. IV. Non. *Translatio S. Martini*, Episcopi & Confessoris, apud Turonenses in Gallia, sub Perpetuo, Episcopo Turonensi, & Leone I. Magno, Pontifice Romano, 14. ejus anno, ut vult Maurolycus, qui est Christi 454. secundum Chronicon ex Onuphrio collectum, juxta Petrum tamen Galesinium anno Domini 472. Eodem die *dormitio S. Vodelrici* Beda auctus Dalrici, pro Udalrici, Episcopi & Confessoris; qui hîc, Augustæ Vindelicorum in Rhetia, Anno Christi 973. juxta Baronium in annot. ad Martyrologium, vel secundum A. P. Gasserum in Annalibus Augustanis, Anno sequenti obdormivit. Confer. quæ supra cap. III. §. 10. annotamus. Molanus igitur fallitur, quando in Annot. ad Uluardum anno 1048. obiisse scribit. Pridie non. *Octava Apostolorum*, Petri nimirum atque Pauli; de Octavis vide supra, cap. VI, §. 7. Eodem die *Esaia*, Prophetæ, Natalis, qui in Judæa sub Manasse in duas partes crudelissimo supplicio dissectus est. VIII. Id. *Kiliani*, Scoti, Martyris, qui in Pago i. e. regione Austriæ, hoc est, Franciæ novæ seu Orientalis, & *Castro*, nomine *Wirzburg*, sub Duce Gozberto passus est, pro-

Q

dente

dente Beda & Notkero, Anno Christi 630. juxta Genebrardum,
 vel secundum Maurolycum & Petrum de Natalibus, lib. VI. cap. 66.
 año 5. Constantini Pogonati, id est, Anno Christi 675. juxta Frisina-
 gensem verò lib. V. cap. 13. sub Justiniano, ejus filio, anno domi-
 ni 689. tradente Surio apud Calvisium. Burchardus deinde,
 Episcopus Herbipolensis, obtinuit à Pontifice Romano, eum inter
 Sanctos referri, vid. Galefinius & Baronius. VI. Id. VII. *Fratres,*
filiis Felicitatis, Januarii scilicet, Felix, Philippus, Alexander, Sylva-
 nus, Vitalis & Martialis, Romæ, sub Præfecto Urbis, Publio, Im-
 peratore verò Antonino Pio, hoc est, Anno Christi. non 110. ut
 vult Jacobus de Voragine, Genuensis, in histor. Lombard. legendâ
 86. sed juxta Genebrardum in Calendario Romano, Anno 145.
 Idibus (Quidam XIII. Calend. Augusti, alii verò III. Idus Julii
 commemorant, vid. Petrus de Natalibus, lib. VI. cap. 120. & Hist.
 Lombard. legendâ 88.) *Margaretha*, Virgo, Antiochiæ Pifidiz,
 ut vult Baronius, passa sub Olibrio Præfecto, Imperatore verò Dio-
 cletiano. XV. Calend. Augusti *Leo IV.* Episcopus Romanus, cu-
 jus nullum, quod sciam, Martyrologium meminit, nisi cum nostro
 solum Romanum, Romæ est depositus, anno Domini 855. XVII.
 Calend. Augusti juxta Platinam, Chron. ex Onuphrio collectum,
 & Baronium in Annot. ad Martyrolog. XII. Calend. Aug. *Praxe-*
dis, Virginis, Natalis, Romæ sub Antonino Pio. Eodem die *Dani-*
ielis, Prophetæ, Babylone, juxta Martyrolog. Roman. vel in Ba-
 bylonia, in Urbe Elam, hodie Chusistan dicta, referente R. Benja-
 mine, Tudelensi, in Itinerario, Maurolycus, Siculus, non Prophe-
 tæ, sed Abbatis Danielis memoriam apud Scythopolim Ægypti ho-
 die recenset. Eodem die *Arbogastus*, Episcopus & Confessor,
 commemoratur, præter nostras membranas à nemine antiquorum,
 quos equidem viderim, recensetur, solum Martyrologium Roma-
 num, Galefinius, Baronius & Genebrardus ejus meminere. Vivere
 verò is desiit Argenterati, non Anno 639. ut vult Genebrardus,
 sed anno 658. vid. Baronius atque Thummius loco cit. pag. 150.
 XI

XI. Calend. Aug. *Marie Magdalene* natalis est, qui in nonnullis Martyrologiis est Festus. MSS. Antwerpiense, Corbejense, Vetustius Florentinii, Gellonense & S. Galli eam non recensent. Prodigiōsa sunt, quæ Historia Lombardica, Lugendâ 90. & Petrus de Anilibus, lib. VI. cap. 123. narrant. X. Calend. Aug. *Apollinaris*, Episcopus atque Martyr, Ravennæ sub Vespasiano Cæsare, Anno Christi 74. passus, Genebrardus. Ex Patribus solus ejus meminit Petrus Chrysologus, Archi-Episcopus Ravennensis, sermone CXXVIII. IX. Calend. Aug. *Christina*, Undecennis Virgo atque Martyr, in Tyro, (unde Tyrtheni) in Italia vel Hetruria circa lacum Vulsinum seu Volsiniensem sub diversis Judicibus est passa, Imperante Diocletiano, anno Christi 287. vid. Petrus de Natalibus, lib. VI. cap. 130. Historia Lombard Legendâ 93. & Antonini Parte I. Historiali, tit. VIII. capitulo I. §. 17. de ejus Baptismo miranda & prodigiōsa, ipso Antonini, Archi-Episcopo Florentino, Judice, narrantur. VIII. Calend. Aug. *S. Christophori*, Martyris, natalis ab Ecclesia celebratur, qui in Lycia (Beda in Cilicia, Corbejense in Sicilia) in urbe Samon (Vetustius Martyrologium Salmon, Maurolycus Sanis) passus sub Dagno quodam, Dano, vel Dagnere (omnibus enim hisce nominibus dicitur) Rege. Baronius vult sub Decio, (sub quo verò juxta Menologium Græcorum est baptizatus) Maurolycus sub Diocletiano, & Genebrardus sub Juliano, Anno 354. quæ diversitas sententiarum narrationem suspectam reddit, præsertim cum nulla sit Samon in Lycia (ut Ortelius asserit apud Florent. Salmone est urbs Pisatidis apud Stephanum) & putida sunt, quæ fabulatores, Petrus de Anilibus, lib. VI. cap. 135. Historia Lombardica, lugendâ 95. & Antonini, Parte I. Hist. Tit. VIII. capitulo I. §. 41. narrant. Unde hic postremus asserit, prodigiōsa illa, quæ recenset, Vincentium in Speculo Historiali non scribere, vel quia abbreviare voluerit, vel quia fortè non reputarit, ista authentica, licet Martyrium ejus celebret Ecclesia. Baronius narrationem hanc de Christophoro, perinde atque Georgianam,

gianam, Symbolicam esse censet, unde ibidem Hieronymus Videlicet cuncta quæ de S. Christophoro dicuntur, de Palma, flumine, statura procera, allegorico sensu interpretata egregio cecinit epigrammate, cui assentitur è Nostris Matth Dresserus in libello de festis diebus, conf. Phil. Melanchthon, in libello, secundum mensium ordinem à Jo. Manlio ex lectionibus ejus collecto, pag. mihi 65 l. seqq. Quod si verò ita est, mirari subit, quare nihilominus Symbolicos illos Utopicosque Divos Baronius inter veros DEI Martyres referat & dicis: Attamen Martyria eorum exhibent Martyrologia, etiam per vetusta, & Ecclesia natales eorum celebrat & dico: si sine fabulis essent, quæ historias & passiones eorum valde suspectas reddunt. VI. Calend. Augusti *Simeonis*, Monachi. Martyrologium Rom. præcedente die Simeonem Monachum recenset, Mantuæ vel in agro Mantuano depositum año 1016. qui verò noster esse non videtur, quippe qui omnibus Martyrologis aliis, quos vidi, hoc die commemoratur, & in Sicilia defunctus esse dicitur; Martyrologium, tamen Antwerpiense & Rabanus, in Syria depositum esse volunt; Beda in Ephemeride urbem quoque significat Antiochiam, unde Stylitem Senioremm innui, colligo, qui in Martyrologio Romano Nonis Januarii commemoratur, & Anno 460. est defunctus, Baronius in Annot. ad Martyrologium d. 5. Januarii. V. Calend. Augusti *Nazarius & Celsus*, puer, (qui à Beda & nonnullis aliis Prid. Id. Junii recensentur) Mediolani sub Nerone sunt passi, circa annum Domini 57. si Petro de Natalibus, lib. VI. cap. 147. fides habeatur. Eodem die *S. Pantaleon*, Medicus, qui nonnullis Martyrologis die præcedente commemoratur, Nicomediæ sub Maximiano Martyr factus est, Anno Christi 288. Genebrardus. IV. Calend. Augusti *Felicitis*, ita quoque Beda in Ephemeride, Wandelbertus, Martyrologium Gellonense, Antiphonarium & Micrologi auctor apud Galestinum, sine ullo additamento Episcopi seu Papæ; Beda verò in Martyrologio, quem sequuntur Uuardus, Ado, Rabanus, Norkerus, Maurolycus, Martyrologium Romanum, Galestinus, Baro-

nius,

nius, de Felice, Pontifice Romano II. seu Juniore exponunt, qui verò non hoc die mortuus est, videatur Platina, Chronicon ex Onuphrio collectum, Florentinius. In Martyrologio Antwerpensi, Corbejensi & Vetusiori Florentinii, hoc die commemoratur in Africa, *Natalis S. Felicis*, quem nos hinc intelligimus. Eodem die Romæ passio *Simplicii & Faustini* Fratrum, eodemque die, sed vertente Año, *Beatricis*, Sororis, sub Diocletiano & Maximiano, sub finem Persecutionis, Florentinius in Notis ad Martyrologium Vetusius. III. Cal. Aug. *Abdon & Sennes* (hic nominativus est, in Genitivo Senis, in Accusativo Senen, quod annotamus propter Martyrologos, qui plerumque hoc Persicum nomen casu Grammaticæ disconveniente referunt) Sub-Reguli Persarum, in Chorodna (ut correctè legit Maurolycus, hæc enim Urbs Persidis est apud Ptolemæum, non Corduba, Cordula vel Curnula. ut Beda, Ado & Rabanus legunt) vincti, & deinde Romæ à Valeriano Præfecto trucidati sunt, non tamen año 53. sub Nerone, ut Genebrardus oscitanter scribit, sed sub Decio, circa annum 253. ut Historia Lombardica legendâ 101. tradit.

§. 8. Mense *Augusto* sequentes Martyres à Membris nostris commemorantur. Calendis Natalis est *VII. Fratrum Maccabæorum*, qui Hierosolymis, uti refert Maurolycus, vel, ut reliqui omnes tradunt, Antiochiæ Syriæ, sub Antiocho Epiphane, inspectante Matre, Salomonâ, sunt passi, de quibus libro II. Maccabæorum, cap. 7. Cœpta est sub finem seculi IV. eorum Natalis celebrari, quemadmodum ex Oratione XXII. Gregorii Nazianzeni colligo, quam his verbis exorditur: *Τὶ ὃ οἱ Μακκαβαῖοι; ἔτων γὰρ ἡ παρθσα πανήγυρις ἔ παρὰ πολλοῖς μὲν ἡμιμμένων, ὅτι μὴ μὲν χριστὸν ἢ ἀθλησις. πᾶσι δὲ ἡμιμάσται ἀξίων, ὅτι αὐτῶν πατερίων ἡ καρτερία.* *Ecquid verò Maccabai! bonum enim præsens est festivitas, non quidem à multis bonorum, quod non post Christum eorum certamen sit, Attamen ab omnibus bonorum*

norari dignorum, quia pro Patriis institutis tolerantia eorum fuit.
 Ex quibus patet, non ferè ab initio prædicationis Evangelii eorum
 Natalem ab Ecclesia coli, secus ac P. Galefinius existimat. IV.
 Non. *Stephani* (ita legendum est) Martyris atque Papæ, qui Ro-
 mæ sub Valeriano & Galieno, Principibus, rem sacram faciens, à
 Percussoribus immisus est obruncatus, año Domini 257. juxta
 Chronicon ex Onuphrio collectum, secundùm Baronium verò in
 Añalibus anno sequenti. III. Non. *Inventio Corporis S. Stephani*,
 Primi Martyris, Hierosolymis contigisse dicitur, Luciano cuidam,
 Presbytero Hierosolymitano vel potiùs Caphar-Gamalensi, in
 Territorio Hierosolymitano per visionem revelata, año VII. Hono-
 rii, ut omnes Martyrologi añotant, vel Honorio X. & Theodosio
 VI. COSS. qui est annus XXI. Honorii, Christi verò 415. juxta
 Baronium: Petro de Natalibus, lib. VI. I. cap. 15. biennio post in-
 ventio hæc est facta. Revelationem Luciano græcè conscripsit,
 ab Avito, Presbytero Hispano, Latinè redditam, quam non vidi, sed
 ea, quæ Ado, Petrus de Natalibus & Florentinus referunt, sine
 dubio ex ea sunt desumpta, quæ, utut Baronio probentur, *ἀνομα*
 sunt: dicit enim Gamaliel, Pauli Præceptor, Luciano apprensus,
 Nicodemum Christi coætaneum, nepotem suum, item super lapi-
 dem sepulchralem scriptum esse: Celiel, Apaan & Dardan, quibus
 innuantur, servus DEI i. e. Stephanus, Nicodemus & Gamaliel,
 pudet plura adducere, apage anilia commenta! neque graviora
 sunt, quæ Baronius de liquefcente sanguine Johannis Baptistæ ipso
 die Natali juxta Reformatum Calendarium Gregorianum narrat.
 Petrus de Natalibus, Galefinius & Florentinus Festa Stephanensia,
 Martyrii & Inventionis, quorum illud (Martyrium) hõc die III.
 Non. Aug. illa verò, (inventio capitis) VII. Cal. Januar. accide-
 rit, permutata esse, quod tamen Baronio non placet. VIII. Id.
Sixti Junioris seu II. Episcopi Romani & Martyris, & Diacono-
 rum ejus, *Felicissimi & Agapeti*. Romæ sub Decio Imperatore,
 & Valeriano Præfecto, Testibus Beda, Adone & Notkero, i. e. duran-

te adhuc Deciana Persecutione, uti exponunt Platina in vita ejusdem, & Galefinius in Añot. ad Martyrolog. hujus diei, Anno 259. Aurelio Memmio Fusco, & Pomponio Basso COSS. juxta Chronicon ex Onuphrio collectum, P. Galefinium loco cit. & Baronium in Annalibus apud Calvisium. VII. Id. *Donati*, Episcopi, an verò Confessoris, an Martyris, non addit, Duplex enim Donatus, Episcopus, hoc die commemoratur, unus Evoreæ sive Aureæ in Epiro, qui Confessor, de quo Martyrologia MS. Corbejenſe, Reginæ Sueciæ, Vetustius, Gellonenſe &c. alter Aretinus in Tuscia, Martyr, de quo Beda, Ado, Ulfuardus, Rabanus, Notkerus & Romanus Martyrologium, Galefinius & Baronius: de utroque, Petrus de Natalibus lib VII. cap. 33. & 34. atque Maurolycus agunt; de Posteriori nostram membranam accipere malo, qui passus est año 380. Histor. Lombard. legendâ 110. Eodem die *Affra*, (aliàs Afræ vel Aphræ, Martyrologium Vetustius etiam Africæ) Martyris, quæ sub Diocletiano passa est, quod omnes uno ore affirmant, sed de loco Passionis est dissensus: Beda enim, cæterique Martyrologi eam in Rhetia, & quidem, in hac nostra Urbe, Augusta Vindelicorum, passam esse volunt, quod etiam historia vetusta D Afræ, à Marco Velsero, post VIII. libros rerum Augustanarum Vindelic. exhibita, fol. 191. Missale secundum Ritus Ecclesiæ Augustensis fol. 308. atque aurei nummi, utut recentiores, cum imagine & inscriptione S. Afræ confirmant; cui sententiæ etiam accedunt Antonini Parte I. Histor. tit. VIII. cap. 1. §. 18. & Matth. Dresserus in libello de diebus festis. Alii verò apud Cretam in Civitate Augusta, (plures enim Augustæ & Sebastæ fuerunt) passam esse contendunt, vid. Petrus de Natalibus lib. VII. cap. 28. Vincenius in Spec. Hist. lib. XII. cap. 151. & seqq. & ipse Antonini, qui sibi non constat, utut enim ab initio Sphi contigisse hoc apud Rhetiam in civitate Augusta scribat, ante finem tamen Sphi illius, superiorum oblitus, refert: *Post hac in Creta, motâ persecutione, S. Afræ, ut Christianicola, ad Judicem ducta, &c.* quæ Sententia quoque
pla-

placuit Chronographo Augustano, A. P. Gaffero, in Annalibus MS. fol. 103. & Theodoro Thummio, loco cit pag. 157. quam controversiam nostram non facimus. VI. Id. *Cyriaci*, Diaconi & Martyris, festivitas celebratur, qui cum superiore die XVII. Cal. Aprilis trucidatus esset, hoc die à Marcello Papa Romæ est conditus & translatus. V. Id. *Vigilia S. Laurentii*, qui solus ex Martyribus cum Proto-Martyre Vigiliam habet, celebris enim jam inde ejus fuit Festivitas, vid. Beletus, cap. 145. Durandus lib VII. cap. 27. & inprimis Baronius in Annotationibus ad Martyrolog. III. Idus *Tiburtius*, Martyr, qui Romæ sub Judice Fabiano, & Imperatore Diocletiano, passus est. Idibus *Hippolytus*, Romæ sub Decio, sive in Persecutione Deciana, Valeriani Principis jussu, ab equis, perinde atque Thesei filius, raptatus, Anno Domini 257. Sethus Calvisius. XIX. Calend. Septemb. *Eusebius*, Presbyter & Confessor, Romæ, à Constantio, Imperatore Arriano, inclusus, post septimum mensem obdormiit. Eodem die est *Vigilia S. Mariæ*, de qua vid. Durandus, lib. VI. L. cap. XXI. num. 9. & Petrus Galesinius in Annotationibus ad Martyrologium. XVIII. Calend. Septembr. *Assumptio S. Mariæ*. Alias usitata sunt vocabula: Deposito, Dormitio, (quod à Græcis Menologiis, Martyrologio Rosweydiano, Adone & Ufuardo etiam hîc de S. Mariæ obitu usurpatur) Pausatio &c. Sed hîc singulariter adhibetur. Assumptionis nomenclatura, vid. Florentini⁹ in Annot. ad Martyrologium, Antiquitùs enim creditum est, S. Mariam unà cum anima & corpore in cælos esse assumptam; Eusebius in Chronico ad Annum Christi 48. *Maria Virgo, scribit ex versione Hieronymi, Jesu Christi Mater, ad filium in cælum assumitur, ut quidam fuisse sibi revelatum scribunt.* Nos tamen revelationibus, quæ extra Sacram Scripturam sunt, non multum tribuimus, & asserimus de horum revelationibus, quod Antonini in Parte III. Hist. Tit. XIX. cap. XI. sub finem, de revelatione circa Annos Domini 1230. Elifabethæ cuidam, Alemannicæ Divæ (Thuringicæ, ut vult

vult Beletus apud Baronium, & Durandus lib. v. ii. cap. 24. vel Sconaugiensis, ut Florentinius contendit) factâ, de hac ipsa S. Mariæ assumptione, judicavit, cum Baronio tamen verbis ejus non nihil emollitis & emendatis: *non semper, que sancti viderunt in spiritu, eadem ut Propbeta viderunt, sed que ex phantasia sua trabunt in visionibus suis.* Imò quando, missis divinis revelationibus, alix quærentur, eæ, permittente DEO, à malo Genio, in Angelum, lucis converso, suggeruntur, ut non immerito Lazari defuncti apparitionem Dominus Helluoni petenti constantissimè denegârit, fratres ejus ad verbum DEI remittens, in quo (verbo DEI) quia mors & sepultura S. Virginis non revelatæ sunt, non est curiositatis nostræ, eadem inquirere, voluit enim, ut videretur, Divinum Numen, B. Deiparæ perinde atque Mosis sepulchrum occultum esse, ut utrobique Idololatriam impediât. Ut verò B. Mariam assumptam esse Antiquitas crediderit, nulla tamen ejus rei Catholica seu Authentica historia præstat: allegatur quidem Dionysius Areopagita cap. III. de divinis nominibus, in quo is refert, *apud ipsos divino Spiritu plenos Pontifices, i.e. Apostolos, se, & plerosque ex Sanctis Patribus, ad contuendum corpus illud, quod auctorem vitæ Deumq. ceperat, condensse,* fol. mihi 55. *collectos illico in nube,* juxta commentum, ut rectè intitulatur, Ambrosii cujusdam, Oratoris. Sed Dionysium illum supposititium esse, recentioris Areopagitæ Scriptoris, monere, quippe jam tum notissimum, opus non est. Tomo X. operum Augustini, Edition. Lugdunensis, Anni 1571. sermo exhibetur, qui numero 35. est, de Sanctis, in festo Assumptionis S. Mariæ habitus, qui verò ipsius Augustini non est, post initia enim hæc auctor verba habet: *Hæc, Maria, Primæ Matris damna resolvit, hæc homini perduto redemptionem adduxit. Mater enim generis nostri pœnam intulit mundo, genitrix Domini nostri salutem edidit mundo. Auctrix peccati Eva, Auctrix meriti Maria, Eva occidendo obsuit, Maria vivificando profuit. Illa percussit, ista sanavit.* Quæ sanæ

R

â for-

à formâ sanorum verborum sunt aliena: sed ipsi Lovanienses agno-
 verunt, sermonem hunc cum precedente non esse Augustini, apud
 Baronium in Annot. ad Martyrolog. XVIII. Calend. Septemb.
 Quisquis tamen sit, statim ab initio: *Adest, inquit, dies inclyta,
 dies præclara, dies, in qua è mundo migrasse creditur Virgo Maria.*
*Et ideo laudes intonet universa terra cum summa exultatione, tanta
 Virginis illustrata excessu, quia indignum valde est, ut illius recorda-
 tionis solemnitas sit apud nos sine maximo honore, per quam meruimus
 authorem vitæ suscipere. Satisque præposterum judicandum est, ut,
 cum Sanctorum celebramus Victorias Martyrum, illius solennitatem
 illis non præferamus, quæ huic mundo edidit Principem Martyrum.*
*In hac siquidem die competenter sponso illi cœlesti proclamatur beata Virgo,
 tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me,
 & cum gloria assumpisti me. Hodie, inquam, & ipsa à sponso filio
 & Domino congruè audit: Jam Hyems transiit, imber abiit &
 recessit: surge proxima mea, sponsa mea, columba mea & veni. Hæc
 ideo dicimus, pergunt, Fratres, quia, sicut jam in consuetudinem susce-
 pit Ecclesia, hodierna die ad cœlos assumpta fuisse creditur Virgo Ma-
 ria. Sed quo ordine hinc ad superna transiit regna, nulla catbo-
 lica narrat historia. Non solum autem respicere Apocrypha, verum
 etiam ignorare dicitur hæc eadem Ecclesia. Siquidem sunt nonnulla
 sine Authoris nomine de ejus assumptione conscripta, quæ, ut dixi, ita
 caventur, ut ad confirmandam rei veritatem legi minimè permittan-
 tur. Hinc sanè pulsantur nonnulli, quia nec corpus ejus in terra in-
 venit, nec assumptio ejus cum carne, ut in Apocrypha legitur, in ca-
 tholica reperitur historia. Unde hæc de Transitu Virginis histo-
 ria à Gelasio connumeratur inter Apocrypha, Dist. 15. cap. S. Ro-
 mana &c. & putatur illa esse, quæ nomine Melitonis Sardenfis
 legitur, quam & Beda rejecit in retract. Act. Apost. cap. VIII. Ba-
 ronius loco cit. Allegatur quoque S. Hieronymi nomine quædam
 ad Paulam & Eustochium de Assumptione B. Mariæ Virginis Epi-
 stola, quæ Tomo Operum IX. fol. m. l. 38. exhibetur, quæ vere
 ut*

ut ibidem ab editore docetur, Sophronii esse creditur, Baronius loco cit. recentioris scriptoris, qui post tempora Concilii Ephesini & Chalcedonenfis vixit, esse colligit. Eidem subjungitur alia Epistola num. XI. de eodem argumento, quæ similiter recentioris Scriptoris esse videtur, non enim Epistola, sed sermo est, qui, quod ego sciam, Hieronymo nullus habitus est, vel certè scriptus. Ut Genebrardus, Theologus Parisiensis, non sit audiendus, quando in Calendario scribit, Mariæ Assumptionis Festum, per Damasum Papam, año 364. institutum esse; multoque minus Galefinius, Protonotarius Apostolicus, qui in Annot. ad Martyrol scribit: *Hæc porro dei Festi celebritas ab Apostolis instituta putatur, ut facile è Latinis Græcisq; concionibus cognosci potest*, sed nos non putamus, ut facilè è Latinis Græcisq; concionibus cognosci potest: Augustini enim sermones, ut dictum est, non sunt, Ambrosii sermo non in Assumptionis, sed in Annunciationis Mariæ celebritate habitus est, ipsomet Baronio Judice; Damascenus, qui itidem sermones duos de Dormitione Sanctæ Dei Genitricis habuit, & exhibentur fol. 444. & 450. operum ejus, seculo VIII. vixit, quo Festum hoc jam celebratum esse, agnoscimus ex Magdeburg. Centur. VIII. cap. vi. fol. 378. *Et Assumptionis scil. dies solennis fuit, quæ 15. Augusti Citii celebrata dicitur, in Actione 4. Niceni II. & fol. seq. de Festis tempore Caroli Magni extat hæc constitutio, lib. I. cap. 158. Hæ sunt Festivitates in Anno etc. de Assumptione S. Mariæ interrogandum relinquimus.* Mirum itaque non est, Assumptionem S. Mariæ, non rubricâ annotatam, nec inter Festos dies esse relatam, ut in Runico, Romano, & apud Maurolycum, Genebrardum, Galefinium & Baronium, in nostra Membrana, quippe seculo VII. primùm condita, quo tempore de Assumptione S. Mariæ quæstio fuit. Atque inde, ut putamus, est, ut Uluardus quoque & Notkerus, qui paulò post vixerunt, de Assumptione dubitanter scribant. Florentinius festum sub Justiniano die 15. Augusti ubique celebrari cœpisse, tradit, Nicephorus lib. XVII. cap. 28. scribit, ejusmodi solennita-

tem edicto Mauriti Imperatoris statutam, apud Magdeb Cent. vi. cap. vi fol. 342. & apud Baronium loco cit. qui tamen eam antea ab Ecclesia institutam, & postea à Mauritio in Oriente, sanctione edita, promulgatam esse, contendit. Oportet igitur Auctorem, sermonis 35. Augustino falso attributi, post institutam celebritatem festi Annunciationis B. Mariæ vixisse. cum eam festivitatem jam in consuetudinem suscepisse Ecclesiam dicat. XVI. Calend. Septemb. *Mamæ*, (alias Mamantis & Mamæ) Monachi, (ita quoque cum nostro Antwerpiense, Corbejense, Vetusius & Gellonenfè Martyrologia vocant) & Martyris, qui Cæsareæ Cappadociæ, non septenis, ut Petrus de Natalibus, lib. VII. cap. 72. & Maurolycus, vel decennis, ut Rabanus & Notkerus referunt, sed in Monachatu, & ut Romanum Martyrologium tradit, à pueritia ad senectutem usque longum martyrium pertulit, sub Præside Alexandro, Imperatore verò Aureliano, Anno Domini 271. Genebrardus. De hoc, nisi fallor, binæ homiliæ sunt, una Basilii, num. XXVI. Nazianzeni altera, num. XLIII. cum Commentario Nicetæ. XV. Calend. Septemb. *Agapeti*, Pueri Quindecennis atque Martyris, qui Præneste, sub Antiocho Rege, i. e. Præside, ut Usuardus, Ado & Notkerus exponunt, Imperatore verò Aureliano, est passus. XIII. Calend. Septemb. *Samuelis*, Prophetæ, celebritas, qui in Judæa Ramathæ sepultus, ejus ossa inde sunt translata in Thraciam Constantinopolin ab Arcadio Imperatore, Hieronymus Epist. LIII. adversus Vigilantium, cap. 2. & Martyrologi. XI. Calend. Sept. *Timothei*, non Apostoli, ut Beda, vel quisquis auctor Ephemeridis est, vult, vel Discipuli Pauli, ut Florentinius ex suo Vetusiori & Corbejensi Martyrologiis frustra contendit, sed Presbyteri Antiocheni atque Martyris, Romæ tamen ad S. Paulum Apostolum sepulti, ut Calendarium Frontonis optimè exponit; hic enim, ut Beda, Ado, Usuardus & Rabanus unanimiter referunt, temporibus Melchiadis & Sylvestri, Pontificum Romanorum, vixit, sub Tarquinio Perpenna, Urbis Præsfecto, Imperatore verò, non Valeriano, ut

ut scribit Petrus de Natalibus, lib. VII. cap. 91. neque sub Galerio, ut Maurolycus refert, sed sub Maximiano, anno Christi 314. primo anno Pontificatus Sylvestri, Baronius. Eodem die est Natalis *Symphoriani*, Martyris, qui Augustoduni, Æduatum seu Eduorum urbe, sub Aurelio, ut Ufuardus & Maurolycus legunt, vel potius, ut reliqui Martyrologi tradunt, sub Aureliano, anno Christi 270. juxta Petrum de Natalibus, lib VII. cap. 93. vel secundum Calvifium, anno sequenti est passus. X. Cal. Sept. Ciriaci vel *Cyriaci*, reliqui legunt *Quiriaci*, Episcopi & Martyris qui in Portu Romano vel ad Ostia Tiberina, sub Præfecto Ulpiano, Imperatore Alexandro Severo, circa Annum Domini 227 passus est, Baronius. V. Calend. Septemb. *Hermetis*, Viri illustris, Urbis Præfecti, Martyris, Natalis ab Ecclesia celebratur, qui Romæ, tempore Alexandri I. Papæ, à quo baptizatus est, sub Aureliano, non Principe, ut Ado, Notkerus & Maurolycus scribunt, sed Judice, sub Imperatore verò Trajano Hadriano passus est, circa annum Christi, 117. Eodem die *S. Ruffi*, Martyris, qui à Martyrologis reliquis omnibus præcedenti die commemoratur, & Capuæ in Campania sub Nerone passus esse dicitur. Eodem die Deposito *Augustini*, Episcopi & Confessoris, Doctorisque Ecclesiæ eminentissimi, qui Hippone, vel, ut Martyrologium Gellonense vocat, Ponte Regio, Theodosio XIII. & Valentiniano III. COSS, hoc est, Anno Domini 430. quando is ad habendum Concilium Ephesinum evocatus esset, ad Ecclesiam Triumphantem vocatur, Baronius. Obiter observamus, Hippo dictam esse à Phœnicibus à פור, quod significat *portum*, quod in portu ab iis condita sit, quæ Etymologia convenientior est quam Bocharti Parte II. Geograph. S. lib. I. cap. 24. IV. Calend. Septemb. *S. Sabine*, Virginis, fœminæ illustrissimæ, Martyris, quæ Romæ sub Hadriano Imperatore, & Præfecto Helpidio, passa est. Eodem die alia Sabina vel Savina, Virgo, commemoratur in Martyrologio Ufuardi, Romano, Maurolyci, Galefinii, Baronii, quæ sub Aureliano in Pago Treassino martyrium consummavit, Petrus de

Natalibus, lib. VII. cap. 134. sed prior celebrior est, de qua membranam nostram intelligimus Eodem die commemoratur à Nostro, Martyrologio Romano, & Scholiastis, Galefinio & Baronio, ut & Molano, in Additionibus ad Usuardum, (à Martyrologis reliquis omnibus præteritur) *Adelphus*, Episcopus Metensis & Confessor, qui Metis est depositus, sed quo tempore, dicere non habeo, quia tamen Petrus Chryzologus, qui seculo V. vixit, sermonem 136. de eo habuit, (hunc enim Adelphum ab eo innui, vitam & acta ejus legenti, dubium nullum esse potest, quod propter Baronium, qui ibi de hoc nostro *Adelpho* agi, affirmare non audet, annotamus) hinc colligimus, eum fortè Seculo IV. floruisse. Post multa verò annorum curricula, sub Ludovico I. Pio, anno Domini 840. petente Lanfrido, CoEpiscopo Drogonis, Metis in Cœnobium Novæ villæ, *Nuwilre* in fragmento Martyrologii MS. Alfatici vocatur, i. e. *Neuweiler*/ Sedi Metensi suffraganeum, in Alfatiam translatus est, referente Historia Lombard. legendâ 181. III. Calend. Septemb. *Felix*, Presbyter atque Martyr, martyriique comes, Audactus, vel, ut abs aliis vocatur, *Adauctus*, Romæ, Imperantibus Diocletiano & Maximiano, sub Judice Dracone, sunt passi.

§. 9. *Septembri* mense hi Sancti coronati & depositi sunt. Calendis celebratur *Prisci*, unius de Antiquis Christi Discipulis, atque Martyris, Natalis, qui Capuæ passus est. Eodem die *Verena*, Virgo, Thebæa genere, quæ apud Aquas Duras, i. e. Salodurum in Territorio vel Diœcesi Constantiensi, sub Diocletiano & Maximiano, est passa, & in Zurzacha sepulta, Notkerus. IV. Non. *Justus*, Episcopus Lugdunensis XIII. & Confessor, Anno 381. Concilio Aquilejensi interfuit, Claudius Robertus in Gallia Christiana, fol. 78. cui non multum supervixisse, ex Rabano colligo, defunctus est Pridie idus Octob. in Ægypto, cum *Anachoretis* vivens, & translatus est Lugdunum, in Basilica SS. Maccabæorum depositus hac ipsa die. Nonis Quintinus, ut nostro vocatur, Romanum Martyrologium *Quinctium*, Maurolycus & Galefinius

Quin-

Quintium, Beda & reliqui omnes *Quintium* dicunt, & Capuæ in
 Campania passum, sed quo tempore, nemo Martyrologorum,
 quos quidem viderim, significat, de eo nihil legi in Breviario &
 Tabulis Ecclesiæ Capuanæ Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiae
 fatetur. VII. Id. *Regina*, Virgo atque Martyr, passâ est Senonis,
 ut in Martyrologio Gellonenfi habetur, vel, ut ad marginem anno-
 tatur, Augustoduni vel Æduæ civitate, in loco Alisia dicto, juxta
 Martyrologium Corbejenfe & Rabanum, hoc est, ut Ufuardus,
 Maurolycus & Martyrologium Romanum, Galefinius & Baronius
 exponunt, in Territorio Augustodunensi, & juxta Petrum de Na-
 talibus, lib. viii. cap. 47. apud Alisiam civitatem, sub Olybrio,
 Præfecto Decii, anno Christi 244. ut vult Genebrardus, vel potius
 251. VI. Id. *Timotheus*, Martyr, quem MSS. duntaxat, Martyrolo-
 gium Romanum, Maurolycus, Galefinius & Baronius exhibent,
 & Antiochiæ passum esse tradunt, vide superiori §.8. XI. Calend.
 Septemb. Eodem die *Ammon*, cujus itidem antelaudati Martyro-
 logi unâ cum Ufuardo commemorare, ut & Dionysius Alexan-
 drinus apud Eusebium, lib. VI. cap. 41. juxta græcum quidem tex-
 tum, secundum versionem latinam cap 34. qui Miles fuit, & Ale-
 xandriæ in Ægypto sub Decio est passus. Apparet verò ex hoc
 aliisque diebus nostræ Membranæ, Antesignanos saltem Martyrum
 significari, habuerunt enim *Ammon*, ut & *Timotheus*, pluresque
 alii, martyrii socios. V. Idus *S. Gorgonius*, Magister Palatii &
 Cubiculi Præfectus, Nicomediæ, in aula Imperatoris, passus, cum
 Dorotheo, Collega, sub Principe Diocleriano, Eusebius Hist. Ecclef.
 lib. viii. cap. 6. non Romæ, ut scribit Wandelbertus; Romam,
 verò post multos años corpus ejus est translatus, quæ translatio ho-
 die, ut colligo, facta est, atque inde, ut porro conjicio, in plurimis
 Martyrologiis Romæ Natalis ejus, Gorgonii, non item sicut in
 officio ita etiam in martyrio socii, Dorothei, commemoratur;
 Porro reliquiæ ejus Romæ in Galliam sunt translatae, referente
 Wandelberto, anno domini DCCLXIV. Petrus de Natalibus,
 lib.

lib. VIII. cap. 55. Historia Lombard. legenda 128. Maurolycus & Sigebertus. III. Id. *Protus* & *Jacinctus* vel potius *Hyacinthus*, Fratres & Eunuchi *Eugeniae*, Romae passi sunt sub *Valeriano* & *Gallo*, vel rectius *Gallieno*, circa años Domini 256. Histor. Lombard. legendâ 129. & *Petrus de Natalibus*, lib. VIII. cap. 62. XVIII. Calend. Octob. *Cornelius I.* Papa, Romae sub *Decio* est passus, *Gallo* & *Volusiano* COSS. año Christi 253. *Platina*, *Chronicon* ex *Onuphrio* collectum & *Baronius* apud *Calvisium*: *Marianus Scotus*, apud *Florentinum*, octennio post vult esse passum. Eodem die, sed diverso año, passus est *σὺργος* *Cyprianus*, Episcopus *Carthaginensis* atque *Martyr*, *Carthagine* in *Africa*, *Galerio Maximo* Proconsule, sub Principibus *Valeriano* & *Gallieno*, cuius *Martyrium*, ab *Adone* descriptum, nõ sine animi affectione legitur. *Festivitas Natalis* ejus est insignis, à multis Patribus, *Græcis* juxta atque *Latinis*, celebrata. XVII. Calend. Octob. *Nicomeds*, Presbyter atque *Martyr*, Romae passus est, non sub *Diocletiano*, ut scribit *Maurolycus*, sed sub *Domitiano*, *Comite Flacco*, año Christi 85. *Genebrardus*. Eodem die est *Natalis Apris*, Episcopi *Tullensis* (numero VII. vid. *Claudius Robertus* in *Gallia Christiana*, fol. 494.) & *Confessoris*, qui *Tulli* in *Galliâ Belgica* seu *Lotharingia*, non año 140. ut vult *Galesinius*, sed seculo V. est depositus, ei enim tres scripsit epistolas, quæ sunt I. II. & III. libr. IV. *Epist. Paulinus Nolanus*, qui año Christi 420. floruit. XVI. Calend. Octob. *Lucia*, Nobilis *Matrona Romana* (quæ non confundenda est cum *Syracusana*, de qua *Idibus Decembris*, *Wandelbertus* & *Antiphonarium* apud *Galesinium* *Lucius* mendosè legunt) & *Geminus*, Romae *martyrio* coronantur, sub *Diocletiano* Imperatore, Eodem VIII. & *Maximiano* VII. COSS. hoc est, año Christi 303. *Baronius*. Eodem die *Euphemia*, *Virgo* atque *Martyr*, *Chalcedone* in *Bithynia*, sub eodem *Diocletiano*, Proconsule *Prisco*, passa est, vide etiam supra *Idibus Aprilis*. XV. Calend. Octob. *Lambertus*, alias *Lantbertus* vel *Landebertus*, Præsul Episcopatus *Trajecti* ad

ad Mosam, qui deinde translatus est ab Huberto ad villam Legiam, quæ hodie Leodium audit, in Diocesi Tungrensi, tradente Molano in Indiculo Sanctorum Belgii, pag. 42. hic passus est in Gallia Belgica, prope Civitatem Trajectum, in Villa Liudovico, Auctore Rabano, sepultus apud Trajectum, in Ecclesia S. Petri, sed post XII. años, unà cum sede Cathedrali Leodium translatus, Molanus cit. loco. Passus verò est, secundum Petrum de Natalibus, lib. VIII. cap. 86. quem sequitur Maurolycus, Anno Christi 610. juxta Histor. Lombard. legendâ 134. Anno Christi 620. juxta Claudium Robertum in Gallia Christiana, fol. 352. Anno 696. secundum Baronium verò, Anno 697. ex juxta Sigebertum & Molanum loc. cit. anno 698. secundum Genebrardum denique, anno 760. qui postremus Pipinum Principem, sub quo noster est passus, cum Rege Francorum, perinde atque Petrus de Natalibus, confundere videtur. XIII. Calend. Oct. *Januarius*, Episcopus Beneventanus & Martyr, commemoratur, cum sociis suis, quos nominant Beda & Martyrologi cæteri; is Puteolis in Campania est passus, hinc verò translatus est Neapolim, hac ipsâ XIII. Calend. Octob. die, quæ etiam, ut puto, causa est, ut à plerisque omnibus Martyrologis Neapoli commemoretur: Martyrii cororam suscepit sub Principe Diocletiano, dracontio Judice, Constantio Chloro V. & Galerio Maximiano V. COSS. hoc est, Anno Christi 305. Baronius. XII. Calend. Octob. *Vigilia S. Matthæi*, Apostoli, quæ etiam à Beda, Martyrologio S. Galli, Romano, Maurolyco, Galefinio & Baronio annotatur, à reliquis præterita. IX. Calend. Octobr. *Linus*, Papa Romanus, cujus meminit Paulus II. Tim. IV. 21. Romæ passus, quo verò tempore? de hoc Scriptores valde discrepant: Petrus de Natalibus, lib. VIII. cap. 109. & qui eum sequi solet, Maurolycus, eum sub Nerone Imperatore, ac Saturnino Consule coronatum esse scribit, hoc est, Anno Domini 56. Volusio Saturnino, & Cornelio Scipione COSS. Platina verò, & Chronicon ex Onuphrio collectum, ab isto Consulatu Pontificatum Lini undecennem

nem accersunt, & ad Consulatum Fonteii Capitonis deducunt, hoc est, Anno Christi 67. secundum Calvisium, vel juxta Onuphrium 68. ab ultimo Neronis anno, per Galbæ, Othonis & Vitellii brevissimi temporis imperia, usque ad tempora Vespasiani, ita ut altero post Petri mortem mense & 26. die Linus sit capite cæsus. Genebrardus in Calendario, Anno 70. sub Vitellio & Galba clarissime contendit. Eusebius, Hist. Eccles. lib. III. cap. 13. juxta græcum, quidem contextum, secundum versionem latinam, cap. 12. Linum post secundum annum Imperii Titi Vespasiani Anacleto Ministerium Ecclesiæ Romanæ tradidisse scribit, qui est Annus Domini 78. vel potius 81. Quis in tanta sententiarum discrepantia verum dicat, est ambiguum: viderint de eo Romanenses, quomodo has de Lini Pontificatu lites componant. Eodem die celebratur Natalis Theclæ vel potius Theclæ, Virginis & Martyris: Commemoratur ea Martyrologio Romano, Rabano, Maurolyco & Baronio Iconii, ubi nata est, Galestinio verò Antiochiæ, non tamen Syriæ, ut vult Florentinius, sed Pisidiæ, ubi passâ esse dicitur, citra tamen vitæ discrimen; plerique verò omnes, Beda nimirum, Corbejense Martyrologium, & Vetus Florentinii, Rosweydanum, Ado & Notkerus, Seleuciæ Isauriæ eam commemorant, ubi obdormisse dicitur sub Nerone. Potuit sane passâ esse Theclæ quædam Virgo, cum SS. Patres toties eam laudent, sed cujus acta admodum sunt depravata: Apocrypha enim sunt judicata à Gelasio ipso, & ante eum à S. Hieronymo Acta Pauli & Theclæ dicta. Neque verò ea, quæ Vincentius Bellocensis, in Speculo Hist. lib. IX. cap. 47. & seqq. atque ex eo Antonini Parte I. Hist. tit. VI. capitulo xxviii. §. 5. narrant, authentica atque vera esse videntur, in quibus asseritur, Theodiam Matrem ad desponsatæ filiæ Procum Tamarum misisse, & Paulum, tanquam seductorem, apud eum accusasse, nullâ Patris mentionem factâ: Atqui Gregorius Nazianzenus, Tomo Operum I. Orat. xviii. fol. 279. perorat: ὁ θεὸς καὶ τὴν Θεκλάν διέσωσεν ὑπὸ τοῦ εὐάννου μνηστῆρος καὶ τυραννικωτέρος πατρὸς, *DEUS etiam Theclam*

Theclam servavit à crudeli Proco, & crudeliori Patre. Hæc enim est verborum sententia, scimus, quæ Elias Cretensis ibi commentatur, quæ verò cum Billio non probamus. Dicitur deinde Adoni Thecla sponte pyram ascendisse, signo crucis facto, quæ Cæremonia isthòc Apostolico ævo vix usu recepta fuit, ex Paulo certè, Doctore, Thecla hoc non didicit, nullibi enim cruce se signasse legitur. Suspectum quoque non immeritò est silentium Lucæ, qui Actor. XIV. Pauli commorationem Iconiensem describit, nullà vel minimà etiam hujus rei mentione injectà. Licet verò, (ut Baronius in Annot. ad Martyrolog. ad hanc objectionem, ab Hieronymo jam olim factam, reponit) Lucas non omnia, quæ contigerunt, prodiderit in Actis; oblatà tamen occasione citato loco, sine dubio Theclæ meminisset, quemadmodum Lydiam purpurissam commemorat cap. XVII. cunìque Onesiphorum, hospitem suum Iconiensem, & Tryphànâ, Hospitissam Theclæ Antiochenam, ut Baronius vult, salutaverit Paulus, Rom. XVI. 12. & II Tim. IV. 19. mirum est, non etiam Theclam, suam Discipulam, salutavisse, quæ ei supervixit, quippe nonagenaria? Imò, quod me magis movet, quo minus ibi narratis fidem habere possim, plane contraria divinis scripturis ibi leguntur: dicitur enim apud Vincentium Paulus per triduum à Thecla auditus, & deinde à Matre apud Procum delatus, porro ad carcerem raptus, deinde flagellatus, & ex urbe expulsus, cum tamen, Luca referente in Actis, Paulus Iconii versatus sit *ἰκενὸν χρόνον*, multo tempore, neque Paulus in carcerem raptus, flagellatus, expulsusve est, sed ipsemet cum comitibus excessit, de malevolentia eorum certior factus, nihilo tamen minus paulò post Iconium est reversus ad confirmandos in fide fratres. Baronius in Annot. ad Martyrologium admodum prolixus est, sed multa dicendo nihil dicit, quoque studiosius res gestas Theclæ nobis persuadere allaborat, eo magis suspectas reddit, minutissima etiam acervando; quòd damus impensiori ejus, ut ipsemet fateretur, erga Theclam Virginem amori, addo etiam er-

ga Curiam Romanam, cujus scenæ infervit. VIII. Calend. Octob. *Conceptio S. Johannis Baptista*, ab VIII. enim Calend. Octobr. usque ad VIII. Calend. Julii, qui Nativitati ejus est deputatus, intercedunt IX. menses. Curiositas est, fateamur, conceptionis diem Johannis Baptista definire velle, quo nomine non immeritò à Casaubono Baronius perstringitur, præter nostram membranam tamen omnes Martyrologi, Romano, Galefinio & ipso Baronio exceptis, conceptioni Baptista hanc diem consecrant, Codex MS. S. Galli addit: *ple. comm.* hoc est, plenas commemorationes. Vetusius & Corbejense Martyrologia, etiam conceptionis locum nominant Machærunta; quod autem vero simile non est, quicquid etiam Florentinus dicat. Durandus lib. VII. cap. 14. Rational. divin. offic. non nisi duo Johannis Baptista festa aenotat, Nativitatis & Decollationis, de quibus supra cap. VI §. 15. & VIII. 6. V. Calend. Octob. *Cosmas & Damianus*, Fratres, Medici, Adaciæ, ut Vetusius & Corbejense habet, vel, ut Beda & ceteri Martyrologi volunt, *Ægææ* passi, sub Lyfia Præsidente, tempore Persecutionis Diocletiani & Maximiani. IV. Calend. Octob. *Justinus*, Presbyter atque Martyr, is est, quem Baronius XV. Calend. Octob. recenset, atque Romæ sub Claudio II. Gallieni successore, passum esse scribit, anno Christi 268. Pridie Calend. Octob. *S. Hieronymus*, Stridonensis, Presbyter & Confessor, Bethlehemi Judææ mortuus, Nonagenario major, XII. Honorii anno, ut Beda, Ado & Notkerus tradunt, vel potius, ut Prosper Aquitanicus scribit, Theodosio VIII (imò IX.) & Constantio III. COSS. hoc est, anno Christi 420. Baronius.

§. 10. Pergamas jam ad Sanctos mensis *Octobris*, in nostra quidem membrana commemoratos. Calendis *Remigius*, Episcopus Remensis, numero XV. tus, & Confessor, Baptista Clodovæi M. primi Regis Galliarum Christiani, vid. P. Æmilius de Rebus Franc. p. 16. obiit & ille Nonagenario major Remis Anno Domini 545. Baronius tamen annum 541. non attigisse in Annalibus

nalibus cenſet. vid. ad Martyrolog. conferri etiam poteſt Flodoar-
 dus, lib. I. cap. X. & ſeqq. Hiſtorix Remenſis, & Claudius Rober-
 tus in Gallia Chriſtiana, fol. 117. & ſeqq. VI. Non. S. Laudega-
 rius (quem Rabanus Leudegarium, vel melius Leutgarium, Beda
 & reliqui *Leodegarium* vocant) Episcopus Auguſtodunenſis vel *Æ-*
duenſis, numero XXIIIX. vid. Claud. Roberti Gallia Chriſtiana,
 fol. 200. & Martyr, (non Confefſor, ut Rabanus vult) paſſus au-
 tem eſt ſub Ebroino Majore Domus, & ſub Rege Theodorico, non
 Childerico, ut Maurolycus ſcribit, Anno Domini 685. Sigebertus
 apud Baronium, Molanus in Indiculo Sanctorum Belgii, Claudius
 Robertus loco cit. in villa Sercin, Atrebatenſis Territorii loco, qui
 hinc dicitur ſylva S. Leodegarii, Molanus loco cit. V. Non. *Sul-*
pitius & Servilianus, Martyres, qui à Beda in Martyrologio & cœte-
 ris XII. Calend. Maji recensentur, & Romæ ſub Trajano paſſi eſſe
 dicuntur. Nonis *Marcus*, Episcopus Romanus & Confefſor,
 Romæ, Anno Chriſti 336. defunctus, Chronicon ex Panvinio
 collectum, Genebrardus, Sethus Calviſius. VII. Id. *Dionyſius*,
 Episcopus Pariſienſis, & Socii ejus, Eleutherius Presbyter, & Ruſti-
 cus Diaconus, (Aliis hic Presbyter, ille verò Diaconus vocatur) qui
 paſſi ſunt apud Pariſios ſub Præfecto Feſcennino Sifinio, ſub Do-
 mitiano, anno Chriſti 96. ut Hilduinus, Abbas S. Dionyſii in
 Areopagiticis, Petrus de Natalibus, lib IX. cap. 41. Maurolycus &
 Genebrardus ſcribunt, vel, ut alii contendunt, ſub Trajano, anno
 Domini 120. Claudius Robertus in Gallia Chriſtiana, fol. 98.
 cujus poſterioris ſententiam ea de cauſa non amplectimur, quòd
 Dionyſium miſſum eſſe in Galliam à S. Clemente Papa, Anno
 Chriſti 98. ſcribat, cùm tamen vicennio priùs Clemens ſit occi-
 ſus, vid. Chronicon ex Panvinio collectum. VI. Idus *Gerion*, Co-
 loniæ Agrippinæ paſſus ſub Maximiano & Diocletiano, hujus Im-
 petii 18. hoc eſt, anno Domini 305. Ado Vienneniſis in Chron.
 apud Baronium. Eodem die *Paulinus*, Episcopus & Confefſor,
 Eboraci in Britanniâ, Anno Chriſti 644. migravit, Baronius. V.

Id. *Recordatio Fratrum*. Superiori § 7. & 8. VII. Fratres, filii Felicitatis, & Maccabæi sunt à nostro jam memorati, quorum verò hic recordatio fiat, non habeo dicere, omnes, quotquot evolvi, Martyrologi, horum fratrum hac die non recordantur. Pridie Idus Calixtus vel rectius *Callistus*, Papa atque Martyr, Romæ sub Alexandro Severo, eo I. & Heliogabalo Augusto IV. COSS. Anno Domini 223. passus est, Chronicon ex Onuphrio collectum. Idibus *Aurelia*, Virgo, hanc silentio cæteri Martyrologi prætereunt, si Molanus, Galefinius & Baronius excipiantur, dicitur Argentina; sub Valentiniano III. Anno Domini 450. defuncta, Genebrardus. XVII. Calend. Novemb. S. *Gallus*, Scorus, Confessor, Alemannorum Apostolus, apud Alemannos, qui & Suevi, juxta Alpes Rhetiarum, ut scribit Notkerus, Cœnobii S. Galli, abs se denominati, Monachus, apud Arbonam, Anno Christi 640. ex hac vita migravit, Bruschius in Chronolog Monaster. German. pag. m. 408. & Baronius in Annot. ad Martyrolog. XV. Calend. Novemb. *Luca*, natione Antiocheni, Syri, arte Medici, Evangelistæ, natalis celebratur, utrum passus sit, nec ne, in quæstionem venit, ad Baronium, videtur tamen sine violenta morte in pace obdormiisse in Bithynia, sub Tito, Anno Christi 74. Genebrardus. Corbejense & Vetustius Martyrologia translatum esse corpus Lucæ ex Oriente hodie volunt. Eodẽ die natalis est Trofonie vel rectius *Tryphonie*, Uxor Decii, Imperatoris Romani, Romæ circa annos Domini 252. XII. Calend. Novemb. *Hilarion*, Monachus, apud Paphum in Cypro, ut Maurolycus refert, decessit, año Domini 372. Baronius. X. Calend. Novemb. *Severi* & *Thorothei* vel potius *Dorothei*, ita quoque Martyrologia, Antwerpense, Vetustius, Corbejense & Gellonense, & Hadrianopoli in Thracia adscribunt, Rabanus & Notkerus sequenti die commemorant in Nicomedia: quia tamen hic Severus à Nostro Episcopus dicitur, de Severino, Episcopo Colonienfi & Confessore, accipi possit, quem Beda, Wandelbertus, Ulfwardus, Martyrologium Romanum hinc, & Claudius Robertus in Gal-

lia Christiana, fol. 69. recensent, & Colonia, Molanus verò & Baronius Burdegali, sub Theodosio, Anno 384. migrasse scribunt, Genebrardus. Maurolycus Burdegaliæ S. Severi Episcopi XII. Calend. Novemb. sed Colonia S. Severini Episcopi X. Calend. Novemb. commemorat; admodum scilicet hic, si in ullis calendis aliis, confusa Martyrologia esse videntur! Ita pro Dorotheo, vel Adrianopolitano vel Nicomediensi, Beda, Ado, Ulfuardus, Notkerus (hic tamen ad diem præcedentem) Martyrologium Romanum, Maurolycus, Galefinius, Baronius Theodoretum vel Theodorum, Presbyterum, nobis dant, qui apud Antiochiam Syriæ sub Juliano fit passus. VIII. Calend. Novemb. *Crispinus & Crispinianus*, Fratres, Nobiles Romani, Martyres, Sueffione in Gallia sub Diocletiano & Maximiano passi. Sutorum in Papa, tu Patroni sunt, Hospinianus, de Orig. Fest. Christ fol. 141. III. Cal. Novemb. (Aliis pridie Calend. Novemb.) est Natalis *Quintini*, qui apud Augustam Viromanducorum in Gallia sub Maximiano Principe passus est. Pridie Calend. Novemb. *Vigilia omnium Sanctorum*, de qua Beda, Ulfuardus, Martyrol. Gellonenfe, Romanum, Maurolycus, Galefinius & Baronius; de jejunio, in quod posterioribus temporibus vigilia est commutata, vid. Beletus, cap. 158. & Durandus, lib. VII. cap. 34. de divin. officiis.

§. II. Sancti Mensis *Novembris* membranæ nostræ hi commemorantur. III. Non. *Germanus*, qui nostro Episcopus audit, nisi tamen hoc elogium ad Pirminium spectat, à negligente librario huc rejectum, reliquis Martyrologiis commemoratur cum Soeis, & Martyr vocatur, in Cæsarea Cappadociæ sub Decio Tyranno passus. Eodem die commemoratur *Pirminius*, Episcopus, Meldensis juxta Trithemium, Martyrologium Romanum, Molanum & Baronium, vel Metensis secundum Aventinum, lib. III. Annalium Bojorum & Magdeburgenses Centur. VIII. cap. X. fol. 766. in utroque Episcoporum, tam Meldensium quam Metensium, Catalogo, apud Claudium Robertum in Gallia Christiana, (Baronius tradit in Ordine Episcoporum Meldensium XX. esse) sed frustra

tra Pirminium inquirimus, confer. Christophori Broweri Sidera illustrium & SS Germaniæ præsertim Magnæ Virorum, cap. I. ad vitam Pyrminii per Othlonum, Monachum Fuldensem, descriptam. Præter Centuriatores Magdeburgenses loco cit. ex Casp. Bruschii Chronologia Monasteriorum Germaniæ, speciatim Augiæ Divitis (Reichenaw) pag. mihi 30. disco, Pirminium, Episcopum, circa annum Christi 724. illud Monasterium, auxiliis ac subsidiis Caroli Martelli, condidisse, adeoque seculo Christiano VIII. floruisse deprehendo. Pridie Non. Perpetua, Virgo; hæc à Beda, Wandelberto, Martyrologio Romano &c. non memoratur; Molanus tamen in additionibus ad Ussuardum & Maurolycum Perpetuam S. Petri conjugem dicunt, Martyrologia verò Antwerpense, Corbejense, Gellonense & Vetustius Florentinii, ut & Rabani, Perpetuam inter Martyres Africanos recensent: Appendix ad Martyrologium Adonis hodie legit: *Item SS. Virginum Modeste & Perpetua.* Cui cum nostra membrana omnium optimè convenit, Perpetua enim, nostro commemorata, virgo dicitur; migravit verò Modesta, cui Perpetua ab Appendice Adonis adjungitur, Treviris, circa annum Domini 680. Baronius. VIII. Id. (eodem die Bedæ in Ephemer. Rabano, & Missali Ecclesiæ Augustanæ, reliquis die seq. commemoratur) *Willibrordus*, de Gente Anglorum, Archi-Episcopus Trajectensis, Frefonum, hoc est, eorum, qui hodie dicuntur Frisi, Groningenses, Transiselandi, Trajectenses, Hollandi, Zelandi, Geldri, Hollandiæ & Frisiæ Apostolus, unde Wandelbertus:

*His quoque Willibrordus habet, quo Principe Plebis
Erefonum (Frefonum) multi Christum sensere vocantem.*

In Monasterio Epternaco Diocesis Trevirensis, año Domini 736. depositus, videatur Beda lib. V. cap. 12. Ecclesiasticæ Historiæ Gentis Anglorum, & Molanus in Annot. ad Ussuardum, in primis

verò in Indiculo Sanctorum Belgii. Calendarium Runicum Wil-
 librordum nostrum non recenset, mirari itaque subit, quare Mar-
 tyrologium Romanum asserat, cum præter Frisiam in Dania quo-
 que Evangelium prædicasse? neque ejus rei cæteri, quos evolvi,
 Martyrologi meminere. VII. Id. *Florentius*, itidem Angligena,
 Episcopus Argentinensis, numero tertius, Arbogasti Successor, &
 Confessor, Argentinæ Anno Domini 676. migravit, Claudius Ro-
 bertus in Gallia Christiana, fol. 236. VI. Id. *Quatuor Coronati*
 sunt martyrio Romæ sub Diocletiano, circa annum Domini 312.
 de quibus Beda in primis & Ado in Martyrologiis. V. Id. *Theodo-*
rus, Miles atque Martyr, Romæ, si fides habeatur Martyrologio
 Gellonenfi, sed, ut Ulfuardus reliquique Martyrologi tradunt,
 apud Amaseam, civitatem Marmaritanorum in Ponto, martyrio est
 coronatus, in Euchaitis verò, diætâ inde distantibus, sepultus, juxta
 Martyrologium à Rosweydo editum, & Petrum de Natalibus lib.
 X. cap. 39. sub tyrannide Maximiani, circa annos Domini 287.
 Historia Lombard. legendâ 160. III. Idus *Menna*, aliàs Men-
 natis, martyris, qui Bedæ in Ephemeride & Martyrologio Gello-
 nenfi Romæ, Bedæ vero in Martyrologio, Ulfuardo & Adoni in
 Scythia, Maurolyco in Scepsia, Martyrologio Romano in Cotyæo,
 Metropoli Phrygiæ Salutaris, sub Diocletiano & Maximiano passus
 est. Eodem die est *Deposio S. Martini*, Episcopi Turonensis,
 ordine III. atque Confessoris, qui Turonis in Gallia, Claudio Ro-
 berto quidem año Christi 395. Gregorio Turonensi, Cæsario &
 Attico COSS. hoc est, juxta Fastos Onuphrii 397. secundum Pro-
 sperum Aquitanici Chronicon año 399. aliis apud Robertum 400.
 Baronio autem & Sulpitio Severo, año Christi 402. Arcadio & Ho-
 norio V. COSS. Rigordo etiam anno Domini 445. est defunctus,
 Gallia Christiana, fol. 164. Festum dicitur instituisse Martinus,
 Papa, circa annum Christi 650. Thummius in tractatu de Festis
 Christian. pag 178. Idibus *Briccii*, aliàs Brixii, Briccii vel Britii,
 nonnullis etiam Bricionis aut Brictionis, Episcopi itidem Turonensis,

T

Mar-

Martini Diaconi & Successoris, Confessorisque, Anno Christi 422, Turonis sepultus, Claudius Robertus in Gallia Christiana cit. loco. XVI. Calend. Decemb. *S. Othmarus*, Abbas I. Sangallensis & Confessor, in Alemannia, in Insula Rheni, Stein, Anno Christi 759, defunctus, Casparus Bruschius in Chronol. Monast. German. pag. mihi 408. & seq. & Centur. Magdeburg. Cent. VIII. cap. IV. fol. 843, Anno verò 864. à Salomone, Constantiensi, in Sanctorum numerum est relatus, eodem Bruschio auctore I. cit. XV. Calend. Decemb. Natalis *Gregorii*, Miraculorum (ita emendò) Operatoris, benè. Beda legit: *S. Patris nostri Gregorii Miraculorum libri factoris Turonica*, malè. Colligo, imperitum Scribam, cum legisset in Beda; *S. Patris nostri, Gregorii, Mirac. Factoris*, (i.e. Tavmaturgi) ut recte rescribit Rabanus, & nesciret, quisnam ille esset, cum itaq; Gregori^o Turonensis ei duntaxat esset notus, pro Tavmaturgo, Neocæsariensi, Turonensem, auctorem IV. librorum de Miraculis S. Martini, nobis dedit. Sed de Tavmaturgo Bedæ sermonem, esse, vel ex præfixo titulo *Sancti Patris nostri* liquet, qui de Patribus Græcis inprimis usurpari consuevit. Migravit ille ad Dominum Neocæsareæ in Ponto post Concilium Antiochenum I. Anno Christi 266. cui interfuit, habitum, Baronitis. Eodem die commemoratur *Anianus*, Episcopus Aurelianensis VII. & Confessor, qui Aureliani obiit sub Valentiniانو III. Anno Domini 453. Gallia Christiana, fol. 243. XIV. Calend. Decemb. *Romanus*, Monachus (ita vocatur etiam Bedæ in Ephemer. & Martyrologiis Corbejensi & Vetustiori Ecclesiæ Occid.) atque Martyr, qui passus est Antiochiæ sub Aselepiade Præfecto, Imperatore Diocletiano, vel juxta Martyrolog. Romanum sub Galerio, sequutum, ut videtur, Prudentium in hymno X. *Ὁ Ἁγ. Ἰω. ὁ Θεοφάνης*; sed scilicet ad Galerii usque Imperium Persecutio X. Diocletianæa pertigit, vid. Antonius Nebriffensis in comment. ad Prudentium. XIII. Calend. Decemb. *Simplicius I.* Episcopus Æduensis numero IV. & Confessor. Hujus meminere Martyrologia Gellonense, Corbejense, Vetustius Florenti-

rentinii, Appendix Adonis, Maurolycus & Galefinius. Interfuit Concilio Sardicensi Anno 347. & Agrippinensi, circa 349. sepultus in Polyandrio Augustoduni, Claudius Robertus in Gallia Christiana, fol. 197. & seq. X. Calend. Decemb. *Cecilia*, Virgo nobilis Romana atque Martyr, quæ Romæ sub Almachio Præfecto, non Marci Aurelii & Commodi, Imperatorum, temporibus, ut Beda, & qui eum sequuntur, Ulfuardus atque Ado tradunt, sed sub M. Aurelio Alexandro Severo, vid. Maurolycus & Molanus in Annot. ad Ulfuardum, Baronius & Florentinius, Anno Christi 223. secundum Historiam Lombard. Legendâ 164. vel potius anno Domini 228. vide supra §.4. XVIII. Cal. Maji. IX. Calend. Decemb. *Clementis I.* Episcopi Romani atque Martyris, cujus meminit S. Paulus in Epist. ad Philipp. IV. 3. is à Trajano ultra Pontum, Euxinum ad Iberos, vel in Ancyrâ Galatiæ, vel, secundum Acta, ejus apud Baronium, in Tauricam Chersonesum, Anno 3. tio Trajani in mare est præcipitatus, Platina, Baronius, Calvisius, hoc est, anno Christi 100. cujus deinde corpus Romam est translatum, quæ causa est, ut Martyrologiis Antwerpiensi, Corbejensi, Vetustiori & Gellonensi Romæ commemoretur. Eodem die est Natalis *Felicitatis*, in proprio & VII. filiorum corporibus octies Martyris, Romæ sub Publico Præfecto, & M. Antonino passæ, vide supra § 7. VI. Id. Julii. Die eod. *Columbanus*, ex Hibernia, Abbas, qui in Italia in Monasterio Bobiensi depositus est, Anno Christi 615. juxta Jonam, Monachum, ejus Discipulum vitæque scriptorem, apud Baronium in Annalibus, secundum Antoninum verò Florentinum, Parte II. Historiali, Tit. XIII. cap. VI. §.2. Decimo Heraclii Anno, qui est annus Domini 620. juxta Fastos correctos, Matthæo Palmerio 621. & Sigeberto 622. Wandelbertus, Ulfuardus, Ado, Martyrolog. Romanum & Maurolycus eum XI. Calend. Decemb. commemorant. VIII. Calend. Decemb. *Chryfognus*, Martyr, qui passus est sub Diocletiano, Aquilejæ, vid. Ado, Martyrologium Corbejense, Vetustius, Romanum reliquis, ob titulum Ecclesiæ Romanæ;

S. Chryfogni, Romæ commemoratur, vid Florentinius in añott. ad Martyrologium Vetustius Ecelesie Occident. VII. Calend. Decemb. (nonnullis sequenti die commemoratur) *Petrus*, Alexandrinus (ita est legendum) Episcopus & Martyr, celebratur, qui Alexandria sub Maximino passus est, año IX. illius Persecutionis, referente Eusebio lib. VII. Histor. Ecclesiast. in fine, qui Baronio in Annalibus 310. Valesio in notis ad Eusebium annus Christi 311. est. V. Calend. Decemb. Obratus vel rectius *Optatus*, Episcopus, Bedæ quoque, Rabano & Gellonensi Martyrologio commemoratur, ubi verò fuerit Episcopus, & depositus, nullus horum recenset, nisi quod Gellonense eum Romæ adseribat, nescio, an sit Milevitanus, an Antifiodorensis, quorum ille 4. Junii, hic 31. Augulli in Martyrologio Romano commemoratur, quosque Petrus de Natalibus, lib. VII. cap. 141. confundit, an alius quidam, ab utroque diversus. Eodem die Natalis est *Maximi*, Episcopi Regiensis Gallie Narbonensis, & Confessoris, qui fertur Viennæ in Territorio Tarvanensi obiisse, anno Domini 466. Molanus in Indiculo Sanctorum Belgii, & Baronius apud Claudium Robertum in Gallia Christiana, fol. 459. III. Calend. Decemb. Natalis celebratur *Saturnini*, Presbyteri seu Senis, *Chryfanti* vel potius *Chryfanti*, quem, ut colligo, Beda reliquique Martyrologi, Sifinium vocant, (binomius enim fortassis fuit) & duorum militum, *Mauri* & *Dariæ* seu *Darii*. Omnes enim hi sub Præfecto Urbis Laodiceæ in persecutione Diocletiani & Maximiani, tempore Marcelli vel potius Marcellini, Papæ Romani, Romæ passi sunt; hos quatuor conjungunt præter nostram membranam, Martyrologia Antwerpense, Corbejense, Vetustius, Gellonense & Appendix Adonis, meminere etiam eorum Ado & Rabanus, pro Dario tamen Papiam exhibentes. Wandelbertus Saturnini & Mauri hodie, Chryfanti verò & Dariæ, illius uxoris juxta Volaterranum, III. Id. Octob. ut & VIII. Cal. Nov. meminit, duos posteriores Martyrologium Romanum die 29. Januar. commemorat. de Chryfanto & Dariâ Martyrologia

gia admodum discrepant, & sine dubio sunt confusa, vid. Florentinius in Notis ad Martyrologium Vetus Ecclesie Occidentalis.

§. 12. Agmen cœlitum coronatorum claudant Sancti Mensis Decembris. III. Non. Atalæ vel *Attale*, Virginis, cujus nullus alius Martyrologorum, quos viderim, meminit, nisi Johannes Molanus, in addit. ad Ulfuardum, eam in civitate Argentinensi depositam esse addens, sed quo tempore, apud neminem hæcenus potui reperire, Lombard. Histor. Legendâ 187. meminit cujusdam Atalæ, cujus amita fuerit Otilia, quæ si hîc innuatur, anno domini 700. vel paulò post vixit. Pridie Non. *Barbara*, Virgo ac Martyr, Bedæ, Ulfuardo, Adoni xvii. Calend. Januar. & huic in appendice hodie quoque commemorata. In Tuscia, Gellonensi speciatim Romæ, sed Martyrologio Romano, Petro de Natalibus, lib. I. cap. 25. Histor. Lomb. Legendâ 193. Maurolyco, Molano, Galefinio, Baronio, Dressero, Thummio, Nicomediæ sub Maximiano, vel sub Maximino, (utriusque enim sub Diocletiani persecutione comprehenditur) passa est. VIII. Id. Natalis *Nicolai*, Myræ, Lyciæ Metropoleos, Episcopi, & Confessoris, ibid. sub Constantino anno 343. juxta Petrum de Natalibus, lib. I. cap. 35. Genebrardumque Thummium, vel año 358. secundum Maurolycum, defuncti. IV. Id. *Eulalia*, Virgo tredecennis atque Martyr, Augustæ Emeritæ, hodie Merida, in Hispania passa, sub Daciano Præfide, qui sub Imperatoribus, Diocletiano & Maximiano, Hispaniæ Præfectus fuit, vide supra §. 1. XI. Calend. Febr. Eodem die *Melchides*, aliàs Melchiades vel Miltiades, Papa ac Martyr, Romæ sub Maximino anno 314. martyrio coronatus, Platina & Chronicon ex Onuphrio collectum. III. Id. *Damasus*, Papa & Confessor, Romæ anno 406. secundum Genebrardum, vel potius anno Domini 384. juxta Chronicon ex Onuphrio collectum & Calvisium defunctus est. Pridie Calend. Januar. *S. Columba*,

lumba, Virgo atque Martyr, apud Senonas sub Aureliano est passa.

§. 13. Atque hæc hucusque prolixius, quàm proposuimus, in specie de Sanctis Cœlitibus, quorum, ceu liquet, præter diem natalem, locum quoque atque tempus Passionis aut Depositionis annotare pro virili allaboravimus, quæ D. Gregorius in Martyrologio, sua ætate in Ecclesia usitato, consignata fuisse, memoriæ prodidit: Postquam autem nunc per menses diesque natales Martyres aliosque Sanctos, nostro quidem recensitos, distribuimus, restat ut deinceps, temporis atque loci rationem habentes, per secula, & Orbis urbes &c. eorundem seriem attextamus.

Samuel.

Helisæus.

Esaïas.

Ezechiel.

Daniel.

VII. Fratres Maccabæi.

Mariæ Nativitas & Annunciatio.

Johannis Baptistæ Nativitas.

Anno Christi. Christi Nativitas & Circumcisio.

1. Mariæ purificatio.

Epiphania.

Innocentes.

33. Johannis Baptistæ Decollatio. Marianus Scotus.

34. Christi Crucifixio & Resurrectio.

35. Stephanus, Protomartyr. Euseb.

Pauli Conversio. Baron. Usserius.

44. Jacobus Major. Calvisius.

Perri vincula.

54. Philippus, Apostolus. Eusebius.

62. Jacobus Minor. Calvisius.

63. Marcus Evangelista. Euseb. Calvisius.

anno

Anno Christi

68. Paulus, Apostolus. Chron. ex Onuph. collectum.
 Simon & Judas. Baronius.
 Linus.
 Sub Nerone Barnabas, &, si Martyrologis fides ha-
 beat, sub Claudio Valentinus atq; Prisca, sub Nerone
 verò Nazarius & Celsus, Nereus & Achilleus atq;
 Rufus coronati sunt.
70. Bartholomæus. Genebrardus.
74. Matthias, Apostolus. Idem.
 Apollinaris. Idem.
80. Andreas. Dressierus.
 Sub Tito Vespasiano. Lucas.
85. Nicomedes.
96. Dionysius.
100. Clemens.
111. Ignatius. Eusebius.
117. Alexander I. Eventius & Theodolus. Item Hermes.
 Sub Trajano Sulpitius & Servilianus.
 Sub Hadriano Sabina.
145. VII. Fratres cum Matre Felicitate, Genebrardus.
 Sub Antonino Pio Pudentiana & Praxedes, Sorores.
 item Vitalis.
169. Protasius & Gervasius, Fratres.
 Sub Marco Aurelio Tergemini,
 Speusippus, Eleusippus & Meleusippus.
204. Perpetua & Felicitas.
223. Callistus.
227. Cyriacus, Episcopus.
228. Tiburtius & Valerianus, Fratres. item Cæcilia.
231. Urbanus I.
250. Fabianus.

ANNO

Anno
Christi

251. Anastasius, martyr. Item
Regina, Ammon, Ger-
manus.
252. Agatha.
253. Martialis, Episcopus.
Abdon & Sennes. Item
Tryphonia.
Cornelius I.
256. Protus & Hyacinthus.
257. Stephanus I. item Hip-
polytus.
259. Sixtus II. Laurentius.
268. S. Cyprianus.
Justinus Presbyter.
271. Mammes, Agapetus,
Symphorianus.
275. Felix I
Sub Aureliano Columba.
285. Cosmas & Damianus.
Calvis.
286. Tiburtius. Idem.
Sebastianus.
287. Primus & Felicianus.
Item Christina,
Theodorus.
288. Pantaleon.
290. Juliana, Nicomed.
297. Mauritius.
300. Vincentius.
302. Gereon. Ado Viennens.
ap. Baronium

Anno
Christi

303. Agnes & Emerentiana,
Cyriacus Diac. Lucia,
nobilis Matrona Roma-
na & Geminianus.
304. Soteris.
Sub Diocletiani & Maxi-
miani Imperio:
Adrianus, Florianus, Pan-
cratius, Marcellinus &
Petrus, Basilides & Socii,
Valerius & Ruffinus, Vi-
rus, Modestus & Crescen-
tia, Marcellianus & Mar-
cus, Margaretha, Simpli-
cius, Faustinus & Beatrix,
Felix, Presbyter Nolanus,
Felix (qui Petro de Na-
tal. lib. VII cap. 138 idem
est cum antegresso) &
Adauctus, Verenna, Gre-
gorius, Euphemia, Cri-
spinus & Crispinianus,
Quintinus, Mennas,
Romanus, Chryfogo-
nus, Saturninus & Socii,
Barbara, Eulalia, Lucia
Syracusana.
- Eorundem tempore, post-
quam Imperio se abdic-
averunt, passi sunt:

Anno

Anno
Christi

- 305. Januarius cum Sociis.
- 307. Cyriacus Diac. (nisi hic
idem sit cum superiori
anno 303.)
- 310. Marcellus, Quirinus.
- 311. Petrus Alexandrinus.
- 312. IV. Coronati.
- 313. XL. Milites.
- 314. Melchiades Papa, Ti-
motheus Presbyter atq;
Martyr.
- 316. Blasius. Calvis.
- 335. Sylvester. Chrō. Onuph.
& Calvis.
- 336. Marcus Papa.
- 343. Nicolaus.
- 346. Paulus Eremita.
- 361. (Hieronymo in Chron.
est 363.) Paulinus Tre-
virensis. Baron. item An-
tonius, Eremita.
SubConstantio, Desiderius,
maximus, alias maximin^o,
Trevir. Eusebi^o, Presbyter.
- 362. Gordianus & Epimach^o,
Johannes & Paulus,
Fratres.
- 372. Hilarius, Athanasius,
Hilarion.
- 380. Donatus, Episcopus.
- 383. Servatius.

Anno
Christi

- 384. Damasus.
- 397. Ambrosius.
- 402. Martinus Baron.
- 411. Desiderius.
- 415. Inventio Corporis S. Ste-
phani. Calvis.
- 416. Innocentius I.
- 420. Hieronymus.
- 422. Briccius.
- 425. Albanus, aper.
- 430. S. Augustinus, Donatus
martyr.
- 431. Paulinus Nolanus.
- 450. Aurelia.
- 453. Anianus.
- 461. Leo I.
- 466. Maximus Regiensis.
- 521. Brigida.
- 542. Benedictus.
- 545. Remigius.
- 556. Medardus.
- 570. Vedastus.
- 604. Gregorius M.
- 620. Columbanus.
- 628. Crucis Exaltatio. Baron.
- 640. Gallus.
- 644. Paulinus Eboracensis.
- 658. Arbogastus.
- 664. Gertrud.
- 676. Florentius.

V

anno

Anno
Christi

683. Leo II.
685. Leodegarius.
689. Kilianus.
697. Lampertus.
727. Eucherius.
736. Willibrordus.

Anno
Christi

755. Bonifacius.
759. Othmarus.
776. Walburg.
835. Festa omnium Sanctorum.
855. Leo IV.
974. Udalricus.

S. 14. Enumeravimus in hoc Indiculo non omnes Sanctos, nostræ membranæ commemoratos, sed nonnullos duntaxat, quorum ætatem apud Martyrologos aliosque Scriptores investigare potuimus, iis, quorum ætas incerta est, vel etiam suspecta, omisissis. Observabis autem in hoc elenchio, complures (sub Diocletiano, ab Anno 285. usque ad annum Christi 314. passos esse, à cujus XIX. Imperii anno, qui secundum Galvifium incidit in annum Christi 303. Persecutio Decennalis inchoat, & ad annum Christi 314. usque, per Galerium, Maxentium, Liciniumque, Tyrannos, furiose est continuata. Postquam verò Sanctos Martyres Chronologicè enarravimus, recenseamus nunc eosdem Topographicè, rursum tamen non omnes, sed eos duntaxat, quorum loca passionis & depositionis cognita sunt, incipiendo ab Hierosolymis, quippe Prophetarum ipsiusque Christi martyrii loco, ab Hierosolymitanis verò atque Asiaticis reliquis, ad Africanos, atque hinc ad Europæos nostros Martyres progrediamur.

IN ASIA:

Hierosolymis CHRISTI circumcisio, Passio & Resurrectio.
Ibidem, Mariæ, Matris DOMINI, Purificatio.
Ibid. Maria atq; Martha, Sorores Lazari, commemorantur.
Stephani, Protomartyris, Natalis, ejusdem corporis Inventio.
Jacobi Majoris Natalis.

S. Pe-

- S. Petri Vincula , Jacobi minoris Natalis.
 Bethlehemi, *JESU CHRISTI* Nativitas & Epiphania,
 Innocentum Natalis, Hieronymi depositio.
 Hebrone, Johannis Baptistæ Nativitas.
 In Judæa seu Palestina, Samuelis, Esaiæ, Matthiæ natales.
 In Samaria, Samariæ, Helifæus.
 In Galilæa, Nazarethi, Mariæ Annunciatio.
 Macharunti, Decollatio S. Johannis Baptistæ.
 In Syria, Antiochiæ, S. Petri Cathedra Antiochena,
 S. Ignatii, Romæ passi, Antiochiam verò translati, Natalis.
 Ibidem, ut puto, Timotheus & Romanus.
 Damasci, Conversio Pauli.
 In Cypro, Salaminæ Barnabas.
 Apud Paphum, Hilarion.
 Cilicia, Ægææ, Cosmas & Damianus.
 Isauria, Seleuciæ, Thecla.
 Lycia, Miræ, Nicolaus.
 Pisidia, Antiochiæ, Margaretha.
 In Phrygia, apud Hierapolim, S. Philippus, Apostolus.
 apud Cotyentium Metrop. Mennas.
 In Caria Ephesi, S. Johannes, Apostolus.
 In Bithynia, S. Lucas, Evangelista.
 Nicomediæ, Isidorus, Pantaleon, Adrianus, Gregorius, Barbara,
 residebat enim hîc Diocletianus, Tyrannus.
 Chalcedone, Euphemia, altera quoque juxta nonnullos.
 In Ponto vel potius Cappadocia, Sebastîæ, Blasius.
 Cæsareæ, Mammes, Germanus.
 Neocæsareæ, Gregorius.
 Amasiæ, Theodorus.
 In Arminia Majori, Bartholomæus, apostolus.
 Minorî, Quintinianus. apud Sebasten, XL. Milites.
 In Babylonia, Ezechiel, Daniel.

In Perfide, Simon & Judas, Apostoli.

India, Calaminæ, Thomas.

IN AFRICA:

Felix.

In Africa minori, Carthagine, S. Cyprianus, Donatus.

Hippone, Augustinus.

In Ægypto, Alexandria, Marcus, Evangelista, S. Athanasius, Petrus Episc. Ammon.

Thebaide, Paulus, Antonius, Eremitæ.

In Æthiopia, S. Matthæus, Evangelista.

Mauritania, Tuburti, Perpetua & Felicitas.

IN EUROPA.

In Italia, Romæ, S. Paulus apostolus, Linus Papa, Prisca, Nereus & Achilleus, Petronella, Nicomedes, Sulpitius & Seruilianus, Alexander I. Papa, Eventius & Theodolus, Hermes, Sabina, Felicitas & filii ejus, VII. Fratres, Pudentiana, Praxedes, Callistus Papa, Tiburtius & Valerianus, ut & Cæcilia, Urbanus I. Fabianus, Tryphonia, Abdon & Sennes, Cornelius I. Hippolytus, Stephanus I. Sixtus II. Laurentius, Protus & Hyacinthus, Justinus, Felix I. Primus & Felicianus, Sebastianus, Cyriacus, Agnes, Emerentiana, Lucia & Geminianus, Soteris, Cyriacus alter, Marcellus Papa, IV. Coronati, Melchides Papa, Pancratius, Marcellinus & Petrus, Basilides, Cyrinus, Nabor & Nazarius, Marcellianus & Marcus, Simplicius, Faustinus & Beatrix, Tiburtius alter, Felix & Adactus, Saturninus, Chrysanthus, Maurus & Daria Fortunatus, Sylvester & Marcus, Papæ, Timotheus, Eusebius, Gordianus & Epimachus, Johannes & Paulus, Damasus, Innocentius I. Leo I. Gregorius M. Leo II. Leo IV.

Præneste, Agaperus.

In

In Portu, seu Ostia, Cyriacus.
 Narniæ, Juvenalis.
 Interamnæ, viâ Flaminiâ ab Urbe milliario LXIV. Valentinus.
 In Tuscia seu Hetruria, Tyri, Christina. Aretii, Donatus.
 In Campania, Capuæ, Rufus, Priscus, Quintus.
 Nolæ, Paulinus, Felix.
 Puteolis, Januarius & Socii.
 Cumis, Juliana Nicomediensis.
 Mediolani, Nazarius & Celsus, Gervasius & Protasius, Ambrosius.
 Bononiæ, Juliana.
 Aquilejæ, Chryfognus.
 Ravennæ, Apollinaris, Vitalis.
 Camerini, Anastasius.
 Bobii, Columbanus.
 Cassini, Benedictus.
 In Lucania, Vit^o, Modest^o & Crescentia, quos nonnulli Sicilia tribuunt.
 In Sicilia, Syracusis, Lucia. Catanæ, Agatha.
 In Hispania, Valentia, Vincentius. Emerita, Eulalia.
 In Gallia, Lutetiæ Parisiorum, Dionysius.
 Aurelianis, Anianus, Eucherius.
 Turonis, Martinus, Briccius, Monegunda.
 Andegavi, Albinus.
 Pictavi, Hilarius.
 apud Lemovicenses, Martialis.
 Lugduni, Justus. Seduni, Mauritius.
 Augustoduni, Simplicius, Symphorianus.
 Alifia in Territorio Augustodunensi, Regina.
 apud Lingones, Tergemini, Speusippus, Eleusippus &
 Meleusippus, ut & Desiderius.
 apud Senones, Columba.
 Antiffiodori, Valens. Remis, Remigius.
 apud Sueffiones, Crispinus & Crispinianus, Medardus,
 Valerius & Ruffinus.

- Augustæ Viromanduorum, Quintinus.
 Atrebatî, Vedastus.
 Siriciniî, in Territorio Atrebatiorum, Leodegarius.
 Vimæ, in Territorio Tarvanensi, Maximus.
 Vico Julii, Gerontius.
- In Scotia, Brigida.
 Anglia, Eboraci, Paulinus.
 Frisia, Bonifacius.
 Brabantia, Nivellæ, Gertrud.
 Trajecti ad Mosam (Mastricht) Servatius, Lambertus.
- In Ducatu Luxemburgensi, Epternaci, Willebrordus.
 In Lotharingia, Metis, Adelphus. Tulli, Aper.
 Helvetia, apud Aquas Duras i. e. Salodurum, Verena.
 In Germania, apud Treviros, Paulinus, Maximinus.
 Maguntia, Macarius, Albanus, Aurcus & Justina.
 Colonia Agrippina, Gereon.
- In Alsatia, Argentorati, Aurelia, Arbogastus, Florentius, Attala.
 Altitonæ Territ. Argent. Ottilia.
- In Franconia, Würzburgi, Kilianus.
 Alemannia, apud Arbonam, S. Gallus.
 Steinii, Othmarus.
- In Rhetia, Augustæ, Afra, Udalricus.
 Bavaria, Euchstadii, Walburg.
 Norico, apud Lauriacum, Florianus.
 Pannonia Superiori, Sacarbantia, Quirinus.
 Sirmii VII. Virgines.
- In Achaia, apud Patras, S. Andreas, Apostolus.
 Thracia, Hadrianopoli, Severus & Dorotheus.
 apud Chersonesum, Clemens I.
- §. 15. Pleraque omnia loca sunt Martyrii vel Depositionis;
 (vid. inter alia IV. Non. Septemb.) nonnulla etiam, ea tamen per-
 quam pauca, translationis corporum, vel possessionis reliquiarum

SS. Martyrum, item Basilicæ erectæ, (vid. Martyrologiū Antwerpiense V. Calend. Octob. in Cosima & Damiano) Romæ etiam tituli (vid Florentinius VIII. Cal. Decemb. in Chryfogono) existunt. Observabis autem ex hocce indiculo Geographico, Romam, (per quam aliquando Territorium Romanum intelligitur, vid. Florentinius in Notis ad Martyrologium Vetustius Ecclesiæ Occidentalis, 9. Junii & 23. Julii) plurimis Martyribus gloriari, vid. Bernardus Lib. III. Epist. 30. & P. Galesinius in Notat. ad Martyrol. III. Calend. Jul. Ado & Notkerus ad d. III. Id. Augusti. Fuit enim è primis Ecclesiis Occidentalibus, quæ in Christum crediderunt, cujus fides annunciata fuit in universo mundo, teste Paulo, Rom. I. 8. Verùm juxta proverbium: quod cito fit, cito perit; quàm deprædicanda est Veteris Romanæ Ecclesiæ fides, tam deploranda est Romanæ Ecclesiæ modernæ Apostasia, & quæ olim pro Evangelio Domini nostri *JESU CHRISTI* sanguinem copiosissimè profudit, illa nunc Confessorum Evangelii sanguinem crudelissimè effundit, quippe Mulier ebria de sanguine Sanctorum, & de sanguine martyrum *JESU*, Apocal. XVII. 6. Sed postquam Sanctos Cœlites Chronologicè & Geographicè recensuimus, distribuamus nunc eosdem, ordinis seu dignitatis rationem habentes, in Martyrum, Confessorum atque Virginum Classes:

I. JESUS CHRISTUS,

Θεὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ.

II. Michaël & Angeli.

III. Prophetæ: Samuel, Helisæus, Esaias, Ezechiel, Daniel.
Huc refero VII. Fratres Maccabæos.

IV. Mater, Præcursor, apostoli & Evangelistæ Domini nostri *JESU CHRISTI*.

Beatissima Virgo Maria, Johannes Baptista, Andreas, Petrus, Johannes & Jacobus major, Matthæus, Jacobus minor atq; Philippus, Simon

Simon

Simon & Judas, Bartholomæus, Thomas, Matthias, Paulus & Barnabas, Marcus & Lucas.

Ad Sanctos Ecclesiæ Primitivæ Christi referri etiam possunt:
Maria atque Martha cum Maria Magdalena.

V. Martyres.

(Seculi I.) Innocentes, Stephanus, Valentinus, Vitalis, Nazarius & Celsus, Rufus, Nereus & Achilleus, Linus, Apollinaris, Clemens I. Nicomedes, Dionysius, Priscus.

(Sec. II) Ignatius, Sulpitius & Servilianus, Alexander, Erentius & Theodolus, Hermes, Felicitas & filii, VII. Fratres, Speusippus, Eleusippus & Meleusippus, Prorastus & Gervasius.

(Sec. III.) Perpetua & Felicitas, Callistus, Cyriacus, Tiburtius & Valerianus, Urbanus I. Fabianus, Anastasius, Cornelius I. Abdon & Sennes, Ammon, Germanus, Protus & Hyacinthus, Hippolytus, Stephanus I. Sixtus II. Laurentius, Cyprianus, Justinus, Felix I. Agapetus, Mammes, Symphorianus, Primus & Felicianus, Theodorus, Pantaleon, Mauritius, Sebastianus, Vincentius.

(Sec. IV.) Cyriacus Diaconus, Lucia & Geminianus, Januarius & Socii, Gereon, Marcellus, Quirinus, XL. Martyres, Timotheus, Melchiades, Isidorus, Blasius, Adrianus, Florianus, Pancratius, Marcellinus & Petrus, Basilides, Cyrinus, Nabor & Nazarius, Valerius & Rufinus, Vitus, Modestus & Crescentia, Marcellianus & Marcus, Albanus, Felix, Simplicius, Faustinus atque Beatrix, Afra, Tiburtius alter, Felix & Adauctus, Gorgonius, Cosmas & Damianus, Crispinus & Crispinianus, Quintinus, IV. Coronati, Mennas, Romanus, Chryfogonus, Petrus Alexandrinus, Saturninus, Chrysanthus, Maurus & Daria, Macarius, Gordianus & Epimachus, Johannes & Paulus, Severus & Dorotheus, Donatus Episcopus.

(Sec. V.) Desiderius, Aureus & Justina, Donatus Carthaginensis.

(Sec.

(Sec. VII.) Kilianus, Leodegarius, Lambertus.

(Sec. VIII.) Bonifacius.

Incognitæ ætatis Martyres sunt:

Fortunatus, Quintinus, Juvenalis, Valens, Quintus, Timotheus, Christophorus, non tamen fabulosus ille, sed alius.

VI. Confessores.

(Sec. III.) Martialis, Gregorius Neocæsariensis, Felix Nolanus.

(Sec. IV.) Sylvester & Marcus, Papæ, Nicolaus, Maximus Trevirensis, Paulus primus Eremita, Simplicius, Eusebius Presbyter, Paulianus, Antonius Eremita, Athanasius, Hilarius Episcopus, Hilariion Monachus, Justus, Servatius, Damasus, Ambrosius, Adolphus.

(Sec. V.) Martinus, Innocentius I. Hieronymus, Aper, Briccius, Paulinus Nolanus, Leo I. Anianus, Simeon Monachus, Maximus Regiensis.

(Sec. VI.) Albinus, Benedictus, Remigius, Medardus, Vedastus.

(Seculi VII.) Gregorius M. Columbanus, Gallus, Paulinus Eboracensis, Arbogastus, Florentius, Leo II.

(Sec. VIII.) Eucherius, Willibrordus, Pirminius, Othmarus.

(Sec. IX.) Leo IV.

(Sec. X.) Udalricus.

Gaudentius & Optatus incognitæ ætatis sunt.

VII. Virgines.

(Sec. I.) Prisca, Thecla, Petronella.

(Sec. II.) Pudentiana, Euphemia, Praxedes, Sabina.

(Sec. III.) Cæcilia, Regina, Agatha, Columba, Christina, Juliana Nicomedienfis.

(Sec. IV.) Agnes, Emerentiana, Soteris, Lucia, Margaretha, Verena, Euphemia, Barbara, Eulalia.

X

(Sec.

- (Sec. V.) Aurelia.
- (Sec. VI.) Brigida, Monegunda.
- (Sec. VII.) Gertrud, Perpetua, Othilia.
- (Sec. VIII.) Attala, Walburg.

Juliana Bononiensis, & VII. Virgines Anonymæ, incognitæ sunt ætatis. Huc reduco Tryphoniam, Decii Uxorem.

§. 16. Guilielmus Durandus, lib. VII. cap. 34. alium ordinem Sanctorum festo eorum die in officio observari tradit, hunc nimirum: *Prima Antiphona, & prima lectio, & primum Responsorium de Trinitate cantatur, secundo loco cantatur de Beata Maria, tertio, de Angelis, quarto, de Prophetis, quinto, de Apostolis, sexto, de Martyribus, septimo de Confessoribus, octavo, de Virginibus, nono, de omnibus simul.* Sciendum præterea est, multos quoque in una duntaxat classe repositos esse, qui per binos & trinos Ordines collocari queant: Namque Martyres omnes (si fortè Innocentes excipias) Confessores insimul existunt, multi quoque Prophetæ, & Apostoli omnes, Martyres fuere, passus enim etiam Johannes est exilium in Insula Pathmo. Pleræque item Virgines, Martyres fuerunt &c. Antequam caput VIII. concludamus, Indiculum Sanctorum, secundum Alphabeti feriem, ut desideratus Martyr, Confessor, Virgo, statim reperiri possit, superaddemus.

A.

Abdon.	30. Jul.	Agapetus, Diaconus Romanus
Achilleus.	12. Maji.	6. Aug.
Adauctus.	30. Aug.	Alis, Puer Prænest. 18. ejusd.
Adelphus.	29. ejusd.	Agatha. 5. Febr.
Adrianus.	4. Martii.	Agnes. 21. Jan.
Afra.	7. Augusti.	Albanus. 21. Jun.

Albi-

Albinus. 1. Martii.
 Alexander I. 3. Maji.
 Ambrosius. 4. April.
 Ammonius. 8. Sept.
 Anastasius. 1. April.
 Andreas. 30. Nov.
 Anianus. 7. ejusd.
 Antonius, Mon. 17. Jan.
 Aper. 15. Septemb.
 Apollinaris. 23. Jul.
 Arbogastus. 21. ejusdem.
 Attala. 3. decemb.
 Athanasius. 2. Maji.
 Augustinus. 28. Aug.
 Aurelia. 15. Octob.
 Aurelius, aliàs Aureus. 16. Jun.

B.

Barbara. 4. decemb.
 Barnabas. 11. Jun.
 Bartholomæus. 24. Aug.
 Basilides. 12. Jun.
 Beatrix. 29. Jul.
 Benedictus. 21. Martii.
 Blasius. 3. Febr.
 Bonifacius. 5. Jun.
 Briccius. 13. Nov.
 Brigida. 1. Febr.

C.

Cæcilia. 22. Nov.
 Calixtus. 14. Octob.
 Celfus. 28. Jul.

CHRISTI

Nativitas. 25. decemb.
 Circumcisio. 1. Januarii.
 Epiphania. 6. ejusd.
 Crucifixio. 25. Martii.
 Resurrectio. 27. ejusd.
 Ascensio. 5. Maji.
 Christina. 24. Jul.
 Christophorus, martyr. 28. Apr.
 Alius Symbolicus. 25. Jul.
 Chrysanthus. 29. Novemb.
 Chrylogonus. 24. ejusd.
 Clemens I. 23. Novemb.
 Columba. 31. decemb.
 Columbanus. 23. Novemb.
 Cornelius I. 14. Septemb.
 Coronati IV. 8. Nov.
 Cosmas. 27. Septemb.
 Crescentia. 15. Jun.
 Crispinianus }
 & Crispinus. } 25. Octob.
 Cyprianus. 14. Sept.
 Cyriacus, Episc. 23. Aug.
 Diaconus. 16. Martii &
 8. Aug.
 Cyrinus. 12. Jun.
 vide etiam in Lit. Q. Quiria-
 cus & Quirinus.

D.

Damasus. 11. decemb.
 Damianus. 27. Septemb.
 Daniel. 21. Jul.

X 2

Daria

Daria. 29. Novemb.
 Defiderius. 25. Maji.
 Dionysius. 9. Octob.
 Donatus, Carthag. 1. Martii.
 Aretinus. 7. Aug.
 Dorotheus. 23. Octob.

E.

Emerentiana. 23. Jan.
 Epimachus. 10. Maji.
 Esaias. 6. Jul.
 Eucherius. 20. Febr.
 Eventius. 3. Maji.
 Eulalia. 10. Decemb.
 Euphemia. 13. April.
 Alia, ut Nostro videtur. 16.
 Septemb.

Eusebius. 14. Augusti.
 Ezechiel. 10. April.

F.

Fabianus. 20. Jan.
 Faustinus. 29. Jul.
 Felicianus. 9. Jun.
 Felicissimus. 6. Aug.
 Felicitas, Romana. 23. Nov.
 Tuburtiensis. 7. Martii.
 Felix I. Papa Rom. 30. Maji.
 Presbyt. atque Martyr. 30.
 Aug.
 Presbyt & Confessor, in
 Pincis. 14. Jan.
 Africanus martyr. 29. Jul.

Florentius. 7. Novemb.
 Florianus. 4. Maji.
 Fortunatus. 26. Febr.
 Fratres Maccabæi. 1. Aug.
 VII Filii Felicitatis. 10. Jul.
 Alii. 11. Octobr.

G.

Gallus. 16. Octobr.
 Gaudentius. 6. Maji.
 Gemini. 17. Jan.
 Geminianus. 16. Sept.
 Georgius. 23. April.
 Gereon. 10. Octob.
 Germanus. 3. Novemb.
 Gertrud. 17. Martii.
 Gervasius. 19. Jun.
 Gordianus. 10. Maji.
 Gorgonius. 9. Sept.
 Gregorius M. 12. Martii.
 Tavmaturgus. 17. Nov.

H.

Hadrianus vid. Adrianus.
 Helisæus. 14. Jun.
 Hermes. 28. Aug.
 Hieronymus. 30. Sept.
 Hilarion. 21. Octob.
 Hilarius. 13. Jan.
 Hippolytus. 13. Aug.
 Hyacinthus. 11. Sept.

I.
 Jacobus major. 25. Jul.
 minor. 1. Maji.
 Januarius. 19. Sept.
 Ignatius. 17. Decemb.
 Innocentes. 28. ejusd.
 Innocentius. 14. mart.
 Johannes Baptista. 24. Feb.
 24. Jun. 29. Aug 24. Sept.
 Apostolus & Evangelista.
 6. Maji. 27. Decemb.
 Martyr. 26. Jun.
 Isidorus. 7. Jan.
 Judas Apostolus. 28. Octob.
 Juliana Nicomediensis. 16. Febr.
 Bononiensis. 8. ejusd.
 Justina. 16. Jun.
 Justinus. 28. Sept.
 Justus. 2. ejusdem.
 Juvenalis. 6. Maji.
 K.
 Kilianus. 8. Julii.
 L.
 Lambertus. 17. Septemb.
 Laurentius. 10. Aug.
 Leo I. 10. April.
 II. 28. Jun.
 IV. 18. Jul.
 Leodegarius. 2. Octob.
 Linus. 23. Septemb.
 Lucas. 18. Octob.

Lucia, Syracufana. 13. Decemb.
 Romana. 16. Septemb.
 M.
 Macarius. 23. Jan.
 Mammes. 17. Augusti.
 Marcellianus. 18. Jun.
 Marcellinus. 2. ejusd.
 Marcellus. 16. Januarii.
 Marcus Evangelista. 25. Apr.
 Papa Roman. 7. Octob.
 Martyr. 18. Jun.
 Margaretha. 15. Jul.
 Mariæ, Matris DEI,
 Nativitas. 8. Septemb.
 Annunciatio 25. Martii.
 Purificatio. 2. Febr.
 Assumptio. 15. Augusti.
 Maria Bethaniensis. 19. Jan.
 Magdalena. 22. Jul.
 Martha. 19. Jan.
 Martialis. 30. Jun.
 Martinianus. 2. ejusd.
 Martinus 11. Novemb. & 4. Jul.
 Matthæus. 21. Sept.
 Matthias. 24. Febr.
 Mauritius. 22. Sept.
 Maurus. 29. Novemb.
 Maximus, Trevirensis. 29. Maji.
 Regiensis. 27. Novemb.
 Medardus. 8. Jun.
 Melchiades. 10. Decemb.

Mennas. 11. Novemb.	Petrus, Apostolus. 22. Feb. I. Aug.
Michaël 29. Sept.	29. Jun.
Milites XL. 9. Martii.	Alexandrinus. 25. Nov.
Modestus. 15. Jun.	Exorcista. 2. Junii.
Monegundis. 2. Jul.	Philippus. 1. Maji.
N.	Pirminius. 3. Novemb.
Nabor. 12. Junii.	Potentiana. vid. Pudentiana.
Nazarius, martyr Romanus,	Praxedes. 21. Julii.
12. ejusd.	Primus. 9. Junii.
Mediolanensis. 18. Jul.	Prisca. 18. Jan.
Nereus. 12. Maji.	Priscus. 1. Sept.
Nicolaus. 6. Decemb.	Processus. 2. Julii.
Nicomedes. 15. Sept. 1. Jun.	Protasius. 19. Jun.
O.	Protus. 11. Sept.
Optatus. 27. Novemb.	Pudentiana. 19. Maji.
Othilia. 13. Decemb.	Q.
Othmarus. 16. Novemb.	Quintinianus. 1. April.
P.	Quintinus. 30. Octob.
Pancratius. 12. Maji.	Quintus. 5. Sept.
Pantaleon. 28. Julii.	Quiriacus. 23. Aug.
Paulinus, Trevirensis. 31. Aug.	Quirinus. 4. Jun.
Nolanus. 22. Jun.	vid. etiam Lit. C. Cyriacus, Cyrinus.
Eboracensis. 10. Oct.	R.
Paulus, Apostolus. 25. Jan. &	Regina. 7. Sept.
29. Jun.	Remigius. 1. Octob.
Eremita. 10. Jan.	Romanus. 18. Novemb.
martyr. 26. Junii.	Rufinus. 14. Junii.
Perpetua, Tuburtiensis. 7. Martii.	Rufus. 28. Aug.
Trevirensis. 4. Nov.	S.
Petronella. 31. Maji.	Sabina. 29. Augusti.

Samuel

Samuel. 20. Aug.
 Saturninus. 29. Novemb.
 Sebastianus. 20. Jan.
 Sennes. 30. Jul.
 Servatius. 13. Maji.
 Servilianus. 3. Octob.
 Severus. 23. ejusd.
 Simeon, Mon. 27 Julii.
 Simon, apolt. 28. Octob.
 Simplicius, Aëduensis, Confessor.

19. NOV.

Martyr Romanus. 29. Jul.
 Sixtus. 6. Aug.
 Sophia. 10. Maji.
 Soteris. 10. Febr.
 Stephanus, Protomartyr. 26.
 decemb. 3. Aug.
 Papa. 2 ejusd.
 Sulpitius. 3. Octob.
 Sylvester. 31. Decemb.
 Symphorianus. 22. Aug.

T.

Thecla. 23. Septemb.
 Theodolus. 3. Maji.
 Theodorus. 9. Novemb.

Thomas. 21. Decemb.
 Tiburtius, Martyr. 14. April.
 Alius. 11. Augusti.
 Timotheus, Presbyter Antioch.
 22. Aug.
 Alius, ut nostro videtur, 8.
 Sept.
 Tryphonia. 18. Octob.

V.

Valens. 21. Maji.
 Valentinus. 14. Febr.
 Valerianus. 14. April.
 Valerius. 14. Jun.
 Udalticus. 4 Julii.
 Vedastus. 6. Febr.
 Verena. 1. Septemb.
 Vincentius. 22. Jan.
 Virgines VII. 9. April.
 Vitalis. 28. ejusd.
 Vitus. 15. Junii.
 Urbanus. 25. Maji.

W.

Walburg. 1. Maji.
 Willibrordus. 6. Novemb.

167

167

CAP.

CAP. IX.
DE
CONFUSIS CALENDIS
ET
DISCREPANTIA MARTYROLOGIORUM,

§. 1.

Quod si verò hunc qualemcunque Sanctorum Martyrum Catalogum cum aliis, editis, ineditis, Martyrologiis conferas, deprehendes, Martyrologia perinde atque Horologia convenire: Annotabimus hinc, mensium, ordinem sequuti, nobis observata discrepantia exempla.

§. 2. Paulus, Eremita, qui nostræ Membranæ Aliisque Martyrologiis 10. die Januarii recensetur, Ecclesiæ Orientali, & ex Latinis Molano ad 15. ejusdem diem, post octavas Epiphaniæ translatus, commemoratur, vid. Galefinius in Notis ad 10. Jan. Macarius, Abbas, Nostro ac Aliis 23. Jan. commemoratur, aliàs die 20. Decemb. recensetur, vide Cap VIII. §. 1. De Blasio Ado atq; Usuardus, non 3. sed 15. Februarii die agunt. Soteris, Virgo, Nostro Aliisque die 10. Febr. Bedæ verò, Rabano & Martyrologio Vetusiori Ecclesiæ Occident. 6. Eiusdem mensis, Gellonenfi autem atque Galefinio (quo minùs scil. aberrant) utroque die commemoratur. XL. Milites Nostro atque Bedæ 9. Martyrologio Rosweydiano, Adoni, Rabano, Notkero & Missali Ecclesiæ Augustensis 11. Genebrardo verò 14. die Martii recensentur. Innocentius I. à Beda atque Nostro 14. reliquis die 12. Martii, Martyrologio verò Romano 28. Julii commemoratur, vid. cap. VIII. §. 3.

§. 3. Calendis Aprilis Anastasius, martyr, Nostro recensetur, Martyrologio Romano 11. Maji memoratus, vid. cap. VIII. §. 4.
Leonis

Leonis I. & Georgii natales dies diversimodè recenferi, superiori cap. VIII. § 4. annotavimus. Vitalis, qui Nostro cum Reliquis die 28. April. commemoratur, Wandelberto, Notkero & Martyrologiis Antwerpiensi, Corbejensi, Vetusiori &c. ut & Maurolyco, 20. Junii die recenferur. Festum Inventionis Crucis in Martyrologio Antwerpiensi, die 7. Maji, in reliquis omnibus, quæ equidem inspexi, die 3. ejusdem annotatum invenitur. Die 10. Maji Sophia quædam à Nostro recenferur. cujus Martyrologium Romanum 30. April. mentionem injicere videtur. Desiderius Nostro atque Gellonensi 25. die Maji, reliquis omnibus, quæ viderim, Martyrologiis biduo antè commemoratur. De Leone II. nostra Membrana unà cum cæteris martyrologiis die 28. Junii, Beda verò die 3. Julii agit, confer: cap. VIII. §. 6. Petri & Pauli, Apostolorum, festivitas, ab omnibus die 29. Junii concelebratur, solo Laterculo Polemii Silvii excepto, qui illam 26. Februarii recolit; Gregorius deinde cognomento Magnus, Pauli celebritatem in sequentem diem rejecit, ut est apud Florentinum, in Annot. ad Martyrolog. Vetusius Ecclesiæ Occidentalis, fol. 633. conf. Calendarium Runicum, & Johan. Beletus, cap. 138. Thummius item in tract. de Diebus Festis Christianorum, pag. 148.

§. 4. Margaretha, Virgo, Bedæ in Ephemeride, 12. die Julii, eidem in Martyrologio, Rabano, Notkero, Maurolyco, Missali Augustano, Calvisio, Dressero, 13. ejusd. die, Nostro atque Genebrardo 15. Martyrologio denique Romano, Runico atque Galefinio, ut & Romanæ & Aquilejensi Ecclesiis, 20. die Julii commemoratur, vide supra cap. VIII. §. 7. In MSS. Martyrologiis Antwerpiensi, Corbejensi &c. plane abest. S. Afra Nostro, reliquisque Martyrologiis MSS. Bedæ, Wandelberto, Notkero, ut & Missali Ecclesiæ Augustanæ, die 7. Augusti, Adoni verò, Ufuardo, Rabano, Maurolyco, Martyrologio Romano, Galefinio
 Y
 atque

atque Baronio, die 5. Augusti commemoratur, qui posteriores tamen Afrum, pro Afra, accepisse videntur, observante Notkero in Martyrologio, non. Aug. conf. Florentinius in Annot. ad Martyrologium Vetustius Ecclesiæ Occidentalis. Matthæi Evangelistæ Natalis, qui in nostro, cæterisque Martyrologiis, die 21. Septembr. recensetur, in Martyrologiis, Antwerpensi, Corbejensi, Vetustiori atque Gellonensi die 7. Novembr. commemoratur. De Lino Papa, membrana nostra, Martyrologium Gellonense, Ussuardus, Rabanus, Maurolycus, Martyrologium Romanum, Galefinius & Baronius die 23. Septemb. Beda verò, Wandelbertus atque Ado, die 26. Novembr. agunt. Justinum, membrana nostra atque Codex Gellonensis die 28. Septemb. Beda verò & Ado, Notkerus, Maurolycus, Martyrologium Romanum, Galefinius atque Baronius 17. ejusdem referunt.

§. 5. Sulpitius & Servilianus nostro, Bedæ in Ephemeride, vel quisquis auctor est, & Missali Augustanæ Ecclesiæ die 3. Octob. Bedæ autem in Martyrologio, Adoni, Ussuardo, Notkero, Maurolyco, Martyrologio Romano, Galefinio, Genebrardo, 20. Aprilis commemorantur. Marcum, Papam, Noster & cæteri Martyrologi 7. Martyrologium Vetustius, à Florentinio editum, atque ibi liber Pontificalis, ut & Rabanus 6. Platina denique 5. die Octob. commemorant. De Severo & Dorotheo, ut & de Chrysantho atque Dariâ, quàm diversimodè & confuse Martyrologia loquantur, superiori Cap. VIII. §. 10. ad diem X. Cal. Nov. & §. 11. ad diem III. Calend. Decembr. diximus. Barbara nostro & reliquis 6. Decembr. Bedæ, Ussuardo & Adoni die 16. ejusdem mensis, Genebrardo 4. Ejusdem recensetur.

§. 6. Inprimis autem Sancti Martyres in contiguum diem, seu antecedentem, seu consequentem, sunt translati. Exempla observamus sequentia: Hilarius, quem noster & reliqui die 13. Januarii commemorant, ab Ussuardo atque Galefinio in sequen-

quentem i 4. Januarii diem rejectus esse deprehenditur. Marii (aliis Mariæ) & Marthæ Natalem, qui à Nostro atque Aliis 19. Januar. commemoratur, Ado, Martyrologium Vetustius Ecclesiæ Occidentalis, Corbejense atque Gellonense, ut & Rabantis & Notkerus, in sequentem diem 20. Januarii transferunt. Juliana, nostro die 8. Februarii commemorata, Bedæ atque martyrologio Romano die superiori recensetur, vid. cap. VIII. §. 2. Eucherius à Beda, Rabano & Notkero ex 20. die Febr. in sequentem est rejectus. Mariam Ægyptiacam Ufuardus & Martyrologium Romanum die 2. Aprilis, Græci die antecedente commemorant. Martiana, Nicanor & Apollonius, Galefinio die 4. Aprilis recensiti, Ufuardo die sequente commemorantur. Ezechiel, qui à nostro & cæteris Martyrologiis, die 10. Aprilis, à Missali Augustanæ Ecclesiæ postridie commemoratur. Juvenalis à Nostro solo die 6. Maji recensetur, à reliquis omnibus die sequenti commemoratur, vid. cap. VIII. §. 5. Processus & Martinianus ab omnibus aliis die 2. Julii, à solo Genebrardo postridie commemoratur. Monegundem omnes quoque Martyrologi die 2. Julii exhibent, Beda tamen, Ado & Notkerus Calendis Juliis recensent. Christophorus, qui à Nostro & cæteris Martyrologis die 25. Julii commemoratur, à missali Ecclesiæ Augustanæ atque Genebrardo in diem sequentem translatus esse deprehenditur. Nazarium & socios, quos alia martyrologia omnia die 28. Julii commemorant, solus Genebrardus in sequentem diem licenter rejicit. Pantaleonem, de quo Noster & cæteri martyrologi, ut & Petrus de Natalibus libro VI. cap. 146. die 28. Julii agunt, Ufuardus, Maurolycus, Galefinius, Martyrologium Romanum atque Baronius pridie exhibent. Cyriacum reliqui omnes die 23. Augusti recensent, solus Ufuardus die præcedente exhibet. Rufus ab omnibus aliis die 27. Augusti commemoratur, à sola membrana nostra in sequentem

quentem rejicitur diem. Callistum omnes 14. Octob. commemorant, Beda tamen in Ephemeride atque Abbo Floriacensis apud Florentinum die præcedente recensent. Hilarionem omnes, quotquot vidi, 21. Octobr. commemorant, solus Notkerus die præcedente refert. Quintinus, quem cæteri Martyrologi 31. Octob. exhibent, à Nostro solo pridie commemoratur. Germanus à reliquis omnibus Martyrologiis die 3. Novembris commemoratur, à solo Calendario Runico die sequenti recensetur. De Willibrordo superiori cap. VIII. §. 9. ad VIII. Idus Novemb. diximus. Gregorium Thaumaturgum omnes, quotquot evolvi, Martyrologi cum Nostro die 17. Novembris exhibent, solus Wandelbertus die præcedente refert. Damafus, à Nostro reliquisque Martyrologiis die 13. Decembris commemoratus, ab Antwerpensi, Corbejensi & Vetusiori Martyrologiis die antecedente recensetur.

§ 7. Neq; verò solùm diversimodè recensentur Sancti, sed & aliquoties à Martyrologiis, præsertim *MS* Antwerpensi, Corbejensi & Vetusiori Ecclesie Occidentalis, repetiti esse deprehenduntur, quasi diversi essent, cum iidem sint; en Tibi sequentia exempla: Sebastianus, à Vetusiori Martyrologio die 19. Jan. commemoratus, postridie repetitur. In Gellonensi Martyrologio die 8. martii Cyrillus, unus idemque martyr, bis memorari videtur. Ex Venantio duos martyrologis cudi Divos, superiori cap. VIII. § 4. ad Calend. Apriles annotavimus. In Antwerpensi Martyrologio die 24. April. complures martyres Alexandrini repetuntur, observante Florentinio in Annot. ad Martyrologium Vetusius. Hilarius, Episcopus Arelatensis, qui alias 5. die maji commemoratur, Antwerpensi, Corbejensi & Vetusiori martyrologiis biduo post repetitur. Georgium, quem Martyrologium Antwerpense atque Vetusius 24. die Aprilis, Corbejense verò die sequente recenset, repetit eodem die Antwerpense, ut & 7. die maji unum cum

cum cæteris. Donati memoria die 7. Maji in Antwerpiensi & Corbejensi quater, in Vetusiori verò Martyrologio sexies etiam recurrit, qui sanè diversi esse haut videntur. Simili modo Quirinus (qui aliquibus Cyrinus & Cyprianus vocatur) in dictis Martyrologiis frequentissimè occurrit, dubio procul aliquoties in uno eodemque laterculo repetitus. Vitus quoque in iisdem die 15. Junii bis recurrit, semel in Lucania, deinde in Sicilia, hîc scil. passus, ibiq; mortuus. Timotheus, Presbyter Antiochenus, nostro die 22. Aug. commemoratus, ab eodem quoque repeti videtur die 8. Septemb. vide cap. XIII. §. 8 & 9. Marcum, Episcopum Romanum, Martyrologium Corbejense & Vetusius, die 6. Octob. commemoratum, postridie repetit. Die 3. Novemb. in Martyrologio Antwerpiensi Germanus, Theophilus & Vitalis in eodem Laterculo repetuntur, observante Florentinio in Annot. ad Martyrologium Vetusius, fol. 949. sub finem. Die 17. Novemb. Nicomedienfes & Asiatici Martyres, Ammon, Matriona & Thecla ab eodem, ut & Vetusiori & Corbejensi Martyrologio, repeti videntur. Chrysanthus denique Wandelberto repetitus esse deprehenditur, vide supra cap. VIII. §. 11.

§. 8. Sicuti verò Dies natales sunt diversimodè relati, & Sancti repetiti, ita etiam nomina propria Sanctorum, locorumque passionis mirum in modum depravata sunt, evolve, si otium tibi atque volupe est, Martyrologia, imprimis verò MSS. Antwerpiense, Corbejense atque Vetusius Ecclesiæ Occidentalis apud Florentinium, qui in restituendis nominibus corruptis multum sese exercet, & dictis fidem habebis. Quamvis verò omnia alia Scripta corrupta sint, nullum tamen Scriptorum genus tam depravatum esse videtur, atque Martyrologia sunt vitata. Id quod, præter adducta à nobis exempla, testimonia etiam Clarissimorum Virorum confirmant.

§. 9. Ipse Ado suo jam tempore, ante hos mille fere annos, *dies Martyrum confusos satis inveniri*, conquestus est in præfatione, Martyrologio suo præfixâ. Baronius quoque diffiteri illud non potest, videatur is in Præcapitulatione dicendorum, capite inprimis II. III. & VIII. capite VIII. medio inter alia fateatur de Martyrologiis Ecclesiarum Romæ, *illa non tantum esse inter se diversa, sed & mirum in modum depravata*. Johannes Dallæus lib. I de usu Patrum, cap. IV. pag. 94. *In Martyrologia, scribit, quorum præcipuam inter publica Ecclesie monumenta fidem atque integritatem esse decebat, eodem quoque modo novitas atque audacia grassata est. Ipse, pergit, Areopagitica de Dionysio fabula vindex ac Defensor, Milletus, Vind. lib. II. cap. 4. scribit: NULLA AD NOS, NISI, ADJECTIONE NOVORUM SANCTORUM, AUT GRÆCORUM IMITATIONE, CORRUPTA MARTYROLOGIA PERVENISSE.*

§. 10. Quod Martyrologia discrepantia non solum sed & depravata sint, ex dictis abunde liquet; Inquiramus nunc porro in causas atque auctores varietatis & corruptionis. Profecta autem est illa diversitas (1.) ab ipsis *Scriptoribus*. *Pro varietate Regionum diversa in honore Martyrum tempora constituta sunt*, scribit Hieronymus in Enarratione cap. IV. 10. Epist. ad Galatas. Atque hinc deprehenduntur Græci alio Martyres consignasse die, alio Latini. Unde Baronius: *sæpe enim, scribit, accidisse vidimus, ut aliâ ratione Græci, aliâ verò Latini ejusdem Sancti agant celebritatem*, in Notis ad Martyrologium Romanum VII. Id. Octob. g. pag. 692. b. Edit. Colon. Æthiopes quoque atque Coptitæ à reliquis Christianis in recensendis Martyribus discrepant, auctore Jobo Ludolfi, qui lib. III. histor. Æthiop. cap. III. §. 10. *Nec non, scribit, Martyres plurimi, Æthiopibus & Coptitis solummodo noti, in illorum Menologiis celebrantur*. De Martyrologio Romano eundem in modum judicat Baronius, cap. VIII. Præcapitul. dicendorum; *Cæterum post hæc Romani*

Mar.

Martyrologii diversa esse cœperunt exempla, quorum alia absque additamento, in eadem, qua sunt scripta, simplicitate remanserunt, alia autem alias ac diversas indies accessiones acceperunt. Eupaulò post, cum autem, pergit, non equè omnes ab omnibus adderentur Ecclesiis, inde accidit, ut, quot essent Ecclesie, totidem haberentur Romani Martyrologii exempla, eademque inter se diversa.

§. 11. Pro die Natali assumptus interdum fuit dies Inventionis, & multo magis Translationis, ut & Dedicacionis Ecclesie Sancti Martyris, quæ est causa, ut Martyrologi in consignandis Natalibus Sanctorum discrepent, uno alteroque diem Translationis pro Natali accipiente, id quod ante nos plures alii observaverunt. Immo inter ipsos Latinos eandem inveniunt diversitatem, quod nimirum alii celebrent diem natalem, inventionis seu translationis alii, vel forte Dedicacionis Ecclesie, ita docet Baronius in Notis ad Martyrologium Romanum, VII. Id. Octobr. pag. 692. b. Eundem in modum Franciscus Maria Florentinius in Annot. ad Martyrologium Vetustius Ecclesie Occidentalis, ad XV. Calend. Novembris, fol. 924. a. monet: *Pro Natali quamcunque alicujus Sancti vel dedicacionis aut translationis celebritatem signari.* Ita, exempli gratiâ, Calendæ Octobres non sunt dies Natalis, sed translationis Remigii, observante P. Galefinio in Notationibus ad Martyrologium: aliquoties autem corpus Remigii translatum est, referente Flodoardo in Catalogo Archiepiscoporum Remensium. Simili modo Nazarius atque Celsus diversimodè à Martyrologis commemorantur, à Wandelberto quidem, Ulfuardo, Notkero & MSS. V. Calend. Augusti, à Beda verò, Adone & Romano pridie Id. Junii, quòd illo passì, hoc autem die ab Ambrosio sint translati, prout tradit Petrus de Natalibus in Catalogo Sanctorum, lib. V. cap. 147. Atque inde est, ut Romæ quoque multi ad-

scriban-

scribantur Divi, non quòd ibi passi, sed quòd illuc sint translati, conferatur Galefinius Baroniusque. Et hinc nata quoque est Florentinii Admonitio XI. quæ est: *Anniversaria in Martyrologiis signata temporum momenta, non semper cum originario celsitatis die convenire.*

§. 12. Deprehenduntur præterea SS. Martyrum historiae ab infidelibus falsatæ atque scriptæ, contra quos Canon LXIII. Concilii CPrani VI. anno Domini 692. sub Justiniano juniore congregati, constitutus est: *Quæ à Veritatis hostibus falsò confictæ sunt Martyrum historiae, ut DEI Martyres ignominia afficerent, & qui eas audituri essent, ad infidelitatem deducerentur, in Ecclesia non publicari jubemus, sed eas igni tradi. Eos autem, qui eas admittunt, vel tanquam veris eis mentem adhibent, anathematizamus,* Summa Conciliorum omnium Francisci Longi à Coriolano, fol. 600. confer. cap. II. Præcapitul. dicendorum Baronii in Martyrologium Roman. & Florentinii Admonitio X. ad Martyrologium Verustius Ecclesiæ Occidentalis. *Ideoque secundum antiquam consuetudinem singulari cautela non leguntur omnia à Romana Ecclesia, quia eorum nomina, qui scripserunt, penitus ignorantur, & ab infidelibus & idiotis superflua, aut minus aperta, quàm rei ordo fuit, putantur esse: sicut Cyriaci & Julite, Georgii & aliorum hujuscemodi passiones, quæ ab Hæreticis perhibentur esse conscripta. Propter hoc quidem, ut dictum est, ne levis substantiandi occasio oriatur, in Sancta Ecclesia non leguntur, Galefinius, Papa, apud Magdeburgenses, Centuria VII. cap. IV. fol. 118. & seqq.*

§. 13. Quidam in specie ab Arianis Martyrologia adulterata esse voluerunt; Baronio tamen aliter videtur, qui ad alios potius tantam esse referendam cladem censet, quamque non aliunde manasse credit, quàm ex injustissimis illis atque sævissimis Diocletiani Imperatoris edictis, quibus omnes Christiana Religio

codices

codices incendio damnati sunt, vid. cap. III. Præcapitul. dicendorum. Quod facit, quod Basilius, Orat. XIX. in Gordium, Militem Cæsariensem, apud Johannem Damascenum, Orat. I. de Imag. fol. 718. perorat: *ὅτι τοι εἶδ' ἔγωγε μικρὸν, ἀρετῆς τυχεῖν ἀληθείας τῶν τότε, ἀμυδρὰ γὰρ τὴν μνήμην εἰς ἡμᾶς διεδόθη, τὰς ὅτι τῶν ἀγώνων ἀνδραγαθίας ἔτι ἀνδρὸς ἀποσώζουσα*, *Atqui nec hoc parum est, accuratâ potiri veritate rerum olim gestarum; quandoquidem obscura quedam memoria ad nos traditione pervenit, Viri in certaminibus facinorâ conservans.*

§. 14. *Causata* (2.) est hanc Martyrologiorum varietatem & depravationem *Librariorum* oscitantia, error, imperitiaque. Ab horum itaque negligentia profectum est, ut Martyrum natales dies dimoverentur de suo loco & vel in anteriora vel in posteriora detruderentur. Horum imperitia fuit, ut Martyres, sæpe etiam in uno eodemque laterculo, repeterentur, quasi diversi, cùm tamen iidem essent. Exempla in utramque partem superiori §. pho 6. & 7. producta sunt. Facile scil. unitas abs iis ex numeris Nonarum, Iduum & Calendarum abjecta est, vel adjecta, interdum etiam trajecta. Columbanum enim nonnulli Martyrologi, qui nominantur superiori cap. VIII. §. 11. XI. Calend. Decembris, reliqui omnes IX. Calend. Decembris recensent, unis nimirum denario postponentibus, præponentibus alteris unitatem. Porrò nomina Martyrum, Grammaticis diversimodè declinata, diversos quoque apud semidoctum scribarum vulgus Divos peperisse videntur, v. g. Mammæ, Mammetis, Mammitæ, vide Martyrologia Antwerpense, Corbejense & Vetustius ad diem 17. Augusti. Horum etiam Libellariorum potius, quàm ipsorum auctorum errori adscribo, synonymorum Martyrum confusionem, exempli loco esto

Z

Leo,

Leo, Papa, qui IV. Calend. Julii commemoratur, sed secundum Bedam & Notkerum Magnus seu I. mus, juxta reliquos autem Junior seu II. dus.

§. 15. (3.) Denique passa sunt Martyrologia violentas manus *Editorum*, Romanensium inprimis. His Martyres Vetustiores remoti, recentiores vero intrusi sunt, idque pro auctoritate & arbitrio cujusque Editoris. Diffiteri hoc non potest Johannes Bollandus in praefat. ad Abbatem Laticensem, tomo I. Actorum SS. Januarii praemissa, fol. 47. in fine: *Sed quod (ut ego quidem existimo, scribit,) molestum quibusdam esset, plurima nomina, & ferè ignotorum Sanctorum, recitare, paucis illustriorum retentis, caetera expunxerunt. Postea, ut non nuda nomina Sanctorum, sed rerum ab iis gestarum aliqua audientibus offeratur notitia, quod erat ab Usuardo olim compositum, adscitum in urbem est, usumque Ecclesiae, quando id factum sit, nusquam legi. Gemina sunt, quae Florentinius Admon. II. fol. 6. & 7. scribit: Ita cum indies fidelibus Populis compendiosa hujusmodi aliquorum Martyrum narratio magis arrideret, quam multiplex nudaque nomenclatura, necessario etiam accidit, ut ex Vetustiori, sive Martyrologio, sive passionum Codice, in recentius & diffusius non nisi aliqui magis innotescentes Martyres transponerentur, aliique minus noti à populorum auribus submoverentur &c. Valuit tunc illud Davidicum: Salvum me fac DOMINE, quoniam defecit Sanctus, quoniam consumpti sunt fideles à filiis hominum, Psalmo XII. 1.*

§. 16. Baronius quidem non vult videri novos Martyres suo Martyrologio addidisse, unde cap. VIII. Praecipitulum dicens sub finem, *nec est praeterea, edicit, quod quis miretur, si in eodem ipso, de quo agimus, Romano Martyrologio clarissimos illos Martyres videat praetermissos, quos nostro seculo, ob tuendam propagandamque Catholicam fidem, poenas atrocissimas, si qui alii*

olim Martyres, in Anglia potissimum atque in Gallis ab Hæreticis passos, & in cælum (ut par est credere) inter alios Martyres squalli scimus triumphæ gloriâ cooptatos: nec insuper illos inveniatur recensitos, qui velut tonitruï filii, in similitudinem fulguris coruscantis novo orbi Evangelico lumine illuxerunt, ac fidei causâ martyrium subiēre. Non enim (ut apparet) fuit in præsens Romana Ecclesiæ institutum, novum conscribere Martyrologium, sed vetus (ut diximus) ex veteribus exemplaribus restituere. Quibus verbis de Proditoribus, Sicariis & Parricidis, Emissariis Romanensibus & Pseudapostolis Americanis loqui videtur, quos tam impiè quàm impudenter Sanctis DEI Martyribus exæquat! Non pœna, mi homo, sed causa Martyrem Christi facit, ut D. Augustinus contra Crescentium lib. III. cap. 47. recte docet, habet enim & Sathan Martyres suos, in cujus Martyrologio funesto hujusmodi Divis & pseudomartyribus locus haut postremus debetur. Cæterum est hæc Protestatio Baroniana contraria facto: Macarius enim Iconolatra, qui Calend. Aprilis, commemoratur in Martyrologio Romano, novus est Divus, & ex veteribus exemplaribus vix restitutus, quippe à Martyrologis Latinis omnibus, quos evolvit, præteritus, & inauditus. Ita die 24. Januarii Martyrologium Romanum Edit: Venetæ Anni 1583. quod possideo, recenset Xynoridem quandam, Martyrem Antiochenam, nomen appellativum Συρως, Atticè Ἐυρως, id est, Bigæ, Compars, apud Johannem Chrysoströmum, pro proprio accipiens, quem puerilem errorem, indicatum sibi, agnoscens, postea correxit in Editione sequentis anni 1584. Baronius, quam iccirco, propter hunc scilicet & alios crassiores errores omissos, commendat, in fine cap. 8. Præcapit. dicend. vid. Launoyus apud Johannem Dallæum lib. I. de Usu Patrum, cap. IV. pag. 97. Neque dubito, si quis Martyrologium Romanum ex professo conferat cum antiquis Martyrologiis, quin complures alios novos divos additos esse sit deprehensurus.

§. 17. Ex Canonizatione illâ novorum Divorum, illustriorum præsertim, factum porrò est, ut veteres Sancti, si non planè removerentur, saltim translocarentur. Accidit hoc Petro, Alexandrino Episcopo, qui olim 25. die Novembris est commemoratus, sed à superveniente concive, S. Catharina, sede suâ pulsus atque deturbatus est, eique dies sequens est assignatus, ex liberalitate Martyrologii Romani, Maurolyci, Galefinii, Baroniique; à Genebrardo tamen paulò inclementius acceptus est, quippe in 27. usque Novembris diem detrusus: ita nos docent Johannes Molanus in Annot. ad Uluardi Martyrologium VII. Calend. Decemb. *Est etiam hodie natalis Petri Alexandrini &c. propter quem natalem in Græcorum Menologio transponitur Catharina in diem præcedentem.* Contrà verò Latini, quibus in Expeditione Terre S. Catharina, antea ferè cis incognita, multum per peculiaria patrocinia (cui merita Prælationis) innotuit, eam summo honore celebrant in die Depositionis, & propterea Petrum plerique in diem 26 reponunt. Et Petrus Galefinus in Not. ad Martyrolog. Romanæ Ecclesiæ, VI. Calend. Decembris, S. Petri, (Episcopi & Martyris) Cujus celebras, scribit, *pridie hujus diei est, sed in hunc diem transfertur ob festum S. Catharinæ.* Infrequens hoc non est Martyrologiis, ut propter majorem solennitatem Natales dies rejiciant, ita ex Quadragesima Johannis Baptistæ, & Festum omnium Sanctorum, ex Festivitate S. Petri, Pauli Natalis, atque ex Festo Divi Jacobi, Christophori commemoratio, juxta Genebrardum, sunt translata.

§. 18. Quemadmodum verò Antiquis, quos remove, re, Martyribus recentiores substituerunt, ita è contra illis, ut auctoritatem majorem conciliarent, vetustatem, pro lubitu, affinexerunt. Prodidit hoc Launoyus Dissertat. de Sulpit. cap. III. pag. 52. *Cæterum pro more sæculi, Synchronismum*

Apelle

Apostolorum ubique affectantis, cum Hilduinus Dionysium Parisiensem à Clemente missum scripssisset, & totius Galliae Apostolum fecisset; Postea Fulco, ne quid Remensium deperiret gloria, Sextum suum, non Clementis, sed Petri Discipulum asseruit, deinde Remensem Episcopum constituit, & ex auctoritate Petri, totius Gallicanae Regionis Primatem. Sic alii Gratianum Turonensem à Clemente missum, alii in quodam carmine directum à Petro Episcopum scripserunt, scil. tertiae Lugdunensis Ecclesiae, quorum primos Sacerdotes lapsu temporis, & affectu Synchronismi Apostolorum ad primum Seculum Posteri revocarunt. In horum temporum scriptis habitat Milletus, in his eloquenter triumphat. Sed non satagit, an vere? AT MELIOR EST VERA STIPULA, inquit Augustinus, QUAM LUX INANI COGITATIONE PRO SUSPICANTIS VOLUNTATE FORMATA. Præter Dionysium, Sextum atque Gratianum, idem Launoyus alia exempla affectatae antiquitatis protulit, quæ allegat Johannes Dallæus, lib. I. de Usu Patrum, cap. IV. pag. 95. Ad diem 28. Maji Martyrologium Romanum Patavii circa annum 1500. & Venetiis anno 1549. editum, habebat. S. CARAUNI MARTYRIS, QUI APUD CARNOTUM CIVITATEM, CAPITE AMPUTATO, MARTYRIUM SUMPSIT. Item ad Non. Aug. DEPOSITIO B. MEMMI, PRIMI EJUSDEM LOCI EPISCOPI, QUI INTER PLURIMA MIRACULA, MORTUO SUSCITATO, MAGNIFICUS EXTITIT, ET CUJUS SEPULCHRUM CELEBERRIMIS ILLUSTRATUR MIRACULIS. Item ad diem 27. Januarii: CENOMANNIS DEPOSITIO S. JULIANI, PRIMI EJUSDEM URBIS EPISCOPI. Sed postquam Monachis placuit, & barbarum, & multarum aliarum civitatum primos Episcopos, homines fuisse Apostolicorum temporum, mutata est, ad eorum gustum, vetus hæc lectio. Petrus enim primum Galesinius Mediolanensis, tum etiam Baronius Cardinalis in sua uterque Martyrologii Romani recognitione, primo quidem loco ita ediderunt: CARNOTI IN

GALLIA S. CARAUNI MARTYRIS, QUI SUB DOMITIANO IMPERATORE CAPITE AMPUTATO MARTYRIUM SUMPSTIT. *Secundo vero ita substituerunt*: CATALAUNI IN GALLIA S. MEMMI CIVIS ROMAN. QUI A S. PETRO ILLIUS CIVITATIS EPISCOPUS CONSECRATUS, POPULUM SIBI COMMISSUM AD EVANGELII VERITATEM PERDUXIT. *Tertio denique hæc rescripserunt*: APUD CENOMANNOS DEPOSITIO S. JULIANI PRIMI EJUSDEM URBS EPISCOPI, QVEM S. PETRUS ILLUC AD PRÆDICANDUM EVANGELIUM MISIT. *Ita miserum Martyrologium posteriorum imposturâ coëgit testari*, CERAUNUM & MEMMIUM & JULIANUM *Apostolorum, quod hæctenus nesciverat, temporibus vixisse, passosq. esse.*

S. 19. Cognovisti, puto, magna ex parte auctores atque causas depravationis Martyrologiorum: quænam autem suppetunt remedia restituendi ea emendandique? Dubium nulum est, ut alii libri ope antiquorum MSS. sunt feliciter restituti, simili modo & Martyrologium ex Vetustis probatisque Codicibus emendari possit. Ado sanè confusos Martyrum dies ex codice perantiquo restituit, quemadmodum ipse fatetur in præfat. Martyrologio abs se edito præmissa: *Huic operi, scribens, ut dies Martyrum verissimè notarentur, qui confusi in Calendis satis inveniri solent, adjurvit venerabile & perantiquum Martyrologium ab urbe Roma Aquilejam cuidam S. Episcopo à Pontifice Romano directum, & mihi postmodum à quodam religioso fratre aliquot diebus præstitum, quod evulgavit Herib. Rosweydeus, & Adonis Martyrologio præfixit. Agnovit hoc nobiscum Franciscus Maria Florentinius, Nobilis Lucensis, Admonitione præviâ II. fol. 10. scribens: Optarem & ipse ad corrigendos aliquos recentiorum in auctariis errores aliquod illibatum & sine additionibus volumen, à D. Gregorii ætate ad nos usque fuisse servatum. Petrus itaque Galefinius aliquoties Sanctos restituit, ope Martyrologio-*

logiorum MSS. Cæsar Baronius Martyrologio Romano S. Cyriaci est usus. Nostra quoque membrana hoc in genere præstat, & vel ob antiquitatem & ἀρεσβειαν venerabilis est, suamque laudem meretur. Colligitur inter alia præstantia ejus ex eo, quòd Leonis I. Natalem cum Platina die vero emortuali, nimirum IV. Id. April. annotavit, cæteris rejicientibus illum in diem sequentem, qui ex nostro codice emendandi esse videntur. Cognoscitur præterea ex nostro Martyrologio, qui dies Natales Sanctis Martyribus antiquitus jam & ante septingentos annos sint assignati, qui posterioribus temporibus vel describentium negligentia, vel audaciâ sciolorum, aliisque de causis, quas supra indicavimus, translati fuere.

§. 20. Restitui deinde adulterata Martyrologia, perinde atque alia scripta, adhibitâ attentione solerti, multijuga eruditione atque limato judicio, nemo fortassis est, qui negabit. In hoc emendandi genere singularem deprehendo diligentiam Notkeri; Namque cum omnes alii Martyrologi, tanquam à torrente abrepti, in præcipitia ferrerentur, communique errore, post Bedam (quem, vel scribam ejus potius oscitantem, secuti esse videntur) traderent, ad XVI. Calend. Octobr. Euphemiam passam esse *argumenta* rotarum, solus Notkerus, judicio suo usus, *tormenta* rescripsit. Baronius majus in Annalibus studium & diligentiam (quamvis & in illis hallucinatus esse sæpe deprehendatur) adhibuit, quam in edendo Martyrologio Romano, ubi Usuardum inprimis atque Galestinum (quem tamen alicubi, ut ut nomine suppresso, ingratus reprehendit) sequitur, multa etiam ex Annalibus suis assuit, nodum verò, qui occurrit, Gordium non solvit, nisi, Alexandri more, gladio, & quidem S. Petri, seu Pontificis auctoritate, quod ipse haut diffitetur, quando sub finem cap. VIII. Præcapitul. dicendorum scribit: *Tertia Editio purior est atque sincerior, facta Anno Domini 1584. illi enim tantum,*

tantum, ut legitima atque germane, accesserunt literæ Apostolica, data die 14. Jan. eodem Anno. Cui etsi ex nostris notationibus levis certè aliqua accessit emendatio, vel si quid additum reperitur (quod quidem perrarò factum invenies) id nos ejus, cujus summa est in Ecclesia auctoritas, constanti voluntate fecisse lector intelligat.

CAP. X.

DE

VACUIS DIEBUS.

§. 1.

ATque hæc hætenus de variantibus locis dicta sunt, sequitur jam de vacantibus diebus. Occurrunt enim in Martyrologio nostro per singulos dies non solum rari Sancti, v g singuli, bini, vel etiam terni, perrarò quaterni, sed & plurimi dies sunt, qui à Martyribus aliisque Sanctis vacui sunt relictæ: numero enim dies 166. (dimidiam ferè dierum, anni partem) qui prorsus vacant, nullive Divorum sunt adscripti. Hinc meritò colligo Martyrologii hujus antiquitatem. Rationi enim consentaneum est, non semel & simul, sed pedetentim & progressu temporis Martyrologium completum & absolutum extitisse. Aucto nimirum numero SS. Martyrum, Martyrologium quoque est auctum, primùm verò fuisse deficiens & incompletum, quemadmodum nihil statim absolutum est, sed successivè.

§. 2. Be-

§. 2. Bedæ sane Martyrologium imperfectum fuisse, & à Floro adauctum, Ado haut obscure subinnuit, in Præfatione ad Lectorem, Martyrologio suo præmissâ: *Primum fuit imperium & iussio SS. Virorum, ut supplerentur dies, qui absque nominibus Martyrum in Martyrologio (quod venerabilis Flori studio in labore Domini Bedæ accreuerat) tantum notati erant.* Atque Ulfuardus in præfat. Martyrologii sui, *Præterea, scribit, & Venerabilium Hieronymi scil. ac Bedæ presbyterorum piis, quamvis succinctis, super hoc provocabar descriptis. Quorum prior brevitati studens, alter verò complures calendarum dies intactos relinquens &c.* Sed obstat; quod in Domini Bedæ labore seu Martyrologio edito, quod unâ cum operibus ejus, & separatim prostat, nulli compareant dies tantum notati, & absque nominibus Martyrum. Sciendum verò est, Martyrologium Bedæ à posterioribus multa passum, varièque esse interpolatum auctumque, unde Udaltici quoque, qui tamen longo post Bedam tempore vixit, in eo mentio. Bollandus purum Bedam MS. invenit, quem Tomo II. Actorum SS. Martii inseruit, & statim ab initio fol. 8. & seqq. exhibet, in quo complures dies vacui existunt, cui cum Martyrologio nostro multum convenit, quemadmodum ex instituta collatione videre est:

Aa

Beda

Beda vacat.

Membrana vacat.

<i>Jan.</i>	<i>Febr.</i>	<i>Mart.</i>	<i>April.</i>	<i>Jan.</i>	<i>Febr.</i>	<i>Mart.</i>	<i>April.</i>
<u>2</u>	<u>3</u>	<u>1</u>	<u>2</u>	<u>5</u>	<u>4</u>	<u>2</u>	<u>2</u>
<u>4</u>	<u>4</u>	<u>2</u>	<u>3</u>	<u>8</u>	<u>7</u>	<u>3</u>	<u>3</u>
<u>5</u>	<u>6</u>	<u>3</u>	<u>6</u>	<u>9</u>	<u>9</u>	<u>5</u>	<u>5</u>
<u>7</u>	<u>8</u>	<u>4</u>	<u>7</u>	<u>11</u>	<u>11</u>	<u>6</u>	<u>6</u>
<u>8</u>	<u>9</u>	<u>5</u>	<u>8</u>	<u>12</u>	<u>12</u>	<u>8</u>	<u>7</u>
<u>9</u>	<u>12</u>	<u>6</u>	<u>13</u>	<u>15</u>	<u>13</u>	<u>10</u>	<u>8</u>
<u>15</u>	<u>13</u>	<u>8</u>	<u>16</u>	<u>24</u>	<u>15</u>	<u>11</u>	<u>11</u>
<u>19</u>	<u>15</u>	<u>10</u>	<u>17</u>	<u>26</u>	<u>17</u>	<u>13</u>	<u>12</u>
<u>27</u>	<u>18</u>	<u>11</u>	<u>18</u>	<u>27</u>	<u>18</u>	<u>15</u>	<u>15</u>
<u>30</u>	<u>19</u>	<u>14</u>	<u>19</u>	<u>29</u>	<u>19</u>	<u>19</u>	<u>16</u>
<u>31</u>	<u>20</u>	<u>15</u>	<u>20</u>	<u>30</u>	<u>21</u>	<u>20</u>	<u>17</u>
	<u>21</u>	<u>18</u>	<u>21</u>	<u>31</u>	<u>25</u>	<u>22</u>	<u>18</u>
	<u>23</u>	<u>19</u>	<u>22</u>		<u>27</u>	<u>23</u>	<u>19</u>
	<u>25</u>	<u>22</u>	<u>27</u>		<u>28</u>	<u>24</u>	<u>20</u>
	<u>26</u>	<u>23</u>	<u>29</u>			<u>26</u>	<u>21</u>
	<u>27</u>	<u>24</u>	<u>30</u>			<u>28</u>	<u>22</u>
	<u>28</u>	<u>27</u>				<u>29</u>	<u>24</u>
		<u>28</u>				<u>30</u>	<u>26</u>
		<u>29</u>				<u>31</u>	<u>27</u>
		<u>30</u>					<u>29</u>
		<u>31</u>					<u>30</u>

Beda

Beda vacat.

Membrana vacat.

Maj.	Jun.	Jul.	Aug.	Maj.	Jun.	Jul.	Aug.
4	<u>3</u>	<u>1</u>	3	<u>7</u>	<u>3</u>	<u>1</u>	<u>4</u>
5	4	<u>5</u>	<u>4</u>	<u>8</u>	<u>6</u>	3	<u>5</u>
6	5	<u>7</u>	<u>5</u>	<u>9</u>	<u>7</u>	<u>5</u>	<u>12</u>
<u>7</u>	<u>6</u>	<u>12</u>	<u>16</u>	<u>11</u>	<u>10</u>	<u>7</u>	<u>16</u>
<u>8</u>	<u>7</u>	<u>13</u>	<u>21</u>	<u>14</u>	<u>13</u>	9	<u>19</u>
<u>9</u>	<u>10</u>	<u>15</u>	23	<u>15</u>	<u>17</u>	<u>11</u>	<u>21</u>
<u>11</u>	<u>20</u>	<u>20</u>	<u>25</u>	<u>16</u>	<u>20</u>	<u>12</u>	<u>25</u>
<u>15</u>	<u>21</u>	<u>26</u>	<u>27</u>	<u>17</u>	<u>23</u>	<u>13</u>	<u>26</u>
<u>16</u>	<u>25</u>	<u>27</u>	31	<u>18</u>	<u>25</u>	<u>14</u>	<u>27</u>
<u>17</u>	<u>27</u>	<u>28</u>		<u>20</u>	<u>27</u>	<u>16</u>	
<u>18</u>	30	<u>31</u>		<u>22</u>		<u>17</u>	
<u>20</u>				<u>23</u>		<u>19</u>	
<u>21</u>				<u>24</u>		<u>20</u>	
<u>23</u>				<u>26</u>		<u>26</u>	
<u>24</u>				<u>27</u>		<u>31</u>	
<u>27</u>				<u>28</u>			
30							

Aa 2

Bedz

Beda vacat.

Membrana vacat.

Sept. Octob. Novemb. Dec.

Sept. Octob. Novemb. Dec.

1	2	2	1	3	4	2	1
2	4	3	2	4	5	5	2
3	5	4	3	6	6	10	5
4	6	6	4	10	8	12	7
5	8	7	5	12	12	14	8
10	11	10	6	13	13	15	9
12	12	12	7	18	17	20	12
13	13	14	8	25	19	21	14
18	15	15	9	26	20	26	15
25	16	16	12		22	28	16
28	17	18	14		24		18
	19	19	15		26		19
	20	20	16		27		20
	22	21	18		29		22
	23	26	19				23
	24	27	20				29
	26	28	22				30
	27		29				
	29		30				
	30						

In Beda vacant dies 179. in nostra autem Membrana, uti dictum, 166.

§. 3. In


§. 3. In utroque, Bedæ juxta atque nostro, Martyrologio dies 2. Novemb. vacuus est, quia scilicet Bedæ atque nostri Martyrologii conscripti tempore, festum Animarum, quod die 2. Novemb. commemoratur, nondum institutum fuit, sed anno humanæ Salutis circiter 1002. ut Polydorus Vergilius lib. VI. de Invent. Rerum, cap. IX. pag. 519. memoriæ prodidit. Ex quo etiam apparet, nostram Membranam jam ante seculum XI. literis consignatum esse, quod Festum Animarum cum Beda aliisque Antiquis Martyrologiis non commemoret. Utur verò 25. Novembris dies in utroque Martyrologio, Bedæ atque nostro, plenus sit, non tamen recensetur S. Catharina, neque in nostro Martyrologio, neque in Beda puro, (in aucto extat, à posteriori manu addita,) sicuti neque in aliis Antiquis Martyrologiis, Antwerpiensi, Corbejensi, Vetustiori, Gellonensi, cum illa Diva in Expeditione Terræ Sanctæ, quæ Seculo XII. contigit, coli demum cœperit, antea ferè incognita, tradente Johanne Molano, P. Galefinio & Florentinio, in Annot. ad Martyrol. VII. Cal. Decemb.

§. 4. Quemadmodum verò olim Martyrologium in multis Calendarum diebus defecit, ita posteriori tempore est adauctum, accidit hoc inter alia, Gregorii M. tempore, testibus Magdeburg. Centur. VI. cap. 6. fol. 379. *Denique scribit Gregorius, Paganorum festa sensim in Christiana festa esse commutanda, & quedam ad similitudinem faciendâ, ramis arborum & convivis solennitates celebrandas: libro IX. Epist. 7. ita subjiciunt, tandem festis annus est repletus!* Bedæ Martyrologium, Flori, Adonis atque Ufuardi laboribus accrevit, quemadmodum ipsimet testantur. Crescente deinde Martyrum vel certè Confessorum numero, Martyrologia quoque sunt aucta, & quidem in tantum, ut moderatione opus esse, viri graves censcant, vid. quæ superiori cap. VI. §. 5.

VII. 2. annotamus.

Τῶ Θεῶ δόξα.

Menda



— Menda & Additamenta.


- Pag. 21. lin. 25. leg *Benedictinorum*.
 pag. 26. lin. 11. & 12. *dicat*.
 pag. 27. lin. 13. *sensus*.
 pag. 40. lin. 20. *luna*.
 pag. 62. lin. 25. & seq. *conceſſa, tradita*.
 pag. 104. lin. 16. *Valentinus*.
 p. 110. lin. 18. Additam. Hoſpinianus, (quem ſeriuſcule *nactus eſt* au-
 ctor) in libro de Orig. Feſt. Chriſt. Georgium Cappadocem,
 Arianum, pro vero Martyre, à Romana Eccleſia coli, fol. 100 a.
 docet.
 pag. 117. lin. 4. Bonifacius trucidatus eſt cum L. confer Hoſpinia-
 num loco cit. fol. 112. b. è quibus Beda, Notkerus & Galeſinius
 non niſi X. ſeu XI. nominant.
 pag. 120. lin. 8. Apud Theodorum Lectorem Anaſtaſius L. qui poſt
 Zenonem imperavit ſub finem ſeculi V. eſt intelligendus.
 pag. 121. lin. 26. Auctor fallitur, non Molanus, quippi qui, non Udal-
 ricum, ſed Bernonem ſeu Bernardum, Divitiſ Augiæ Abbatem, &
 Vitæ Udalrici Scriptorem, anno 1048. obiſſe ſcribit, conf. Bru-
 ſchius in Chronogr. Monaſt. Germ. pag. 41.
 pag. 128. lin. 22. *Sed hic ſingulariter adhibetur Aſſumptionis nomen-*
clatura, ita legendum eſt, ſine interjecto puncto.
 pag. 146. & 164. legendum eſt *Thaumaturgus, Thaumaturgi, Thau-*
maturgo, cum ☉. Th.


Et quæ ſunt errata alia, quæ vel Auctorem, vel Scriptorem,
 vel Correctorem vel denique Typographum fugerunt, ab induſtro
 Lectore emondanda.


F I N I S.


Collegii Joſephini Paderbornenſis.























Faint, illegible markings or bleed-through from the reverse side of the page, possibly including the number '111'.













952

Th
4895



Imaging
SS. of Lin
S. Bened
cc
SIII
13